


XXIV*
B
87
NAPOLI







INSTITUTIONES

LINGUAE PERSICAE

SCRIPSIT

I. A. VULLERS.

EDITIO ALTERA AUCTA ET EMENDATA.

GISSAE
SUMTIBUS I. RICKERI
MDCCCLXX.

GRAMMATICA
LINGUAE PERSICAE

CUM


DIALECTIS ANTIQUIORIBUS PERSICIS ET LINGUA SANSCRITA

COMPARATAE

SCRIPSIT

IOANNES AUGUSTUS VULLERS

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR LITERARUM ORIENTALIUM IN UNIVERSITATE LUDOVICIANA GISSENSI PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS ORDINUM HASSIACI PHILIPPI MAGNANIMI PRO MERITIS EQUES RUSSICI ST. STANISLAI SECUNDICERIUS PONTIFICII ST. SILVESTRI AURATAE MILITIAE NUNCUPATI EQUES COMPLURIUM ERUDITORUM SOCIETATUM CUM SODALIS TUM SOCIUS HONORARIUS.



GISSAE

SUMTIBUS I. RICKERI

MDCCCLXX.

TYPIS ZENDICIS ACADEMIAE GISSENSIS

EX TYPOGRAPHIA W. KELLERI.

BERNHARDO A DORN

VIRO AMICISSIMO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Quae triginta annis praeteritis denuo prodeunt „Institutiones linguae persicae“ ita auctae et emendatae sunt, ut novi potius operis, quam alterius editionis nomen suo sibi iure vindicare possint. Praeter sanscritam enim linguam in hoc libro, quem „Grammaticam linguae persicae“ inscribere nobis placuit, etiam comparatae sunt dialecti antiquiores persicae, zendica, antiquior persica, qualem offerunt inscriptiones cuneatae, pehlevica et parsica, olim non satis bene notae atque exploratae, nostris autem temporibus multorum virorum doctorum scriptis accuratius illustratae. Quam vero necessaria sit et harum dialectorum et linguae sanscritae comparatio ad persicam linguam critica ratione examinandam recteque perspiciendam quum ex ipsa, quae inter illas est, cognatione intelligitur, tum inprimis eo potest probari, quod plurimae verborum persicorum formae et immutationes ex illis sunt deducendae atque explicandae.

Persarum igitur sermonem cum dialectis antiquioribus persicis et lingua sanscrita diligenter mihi comparanti ante omnia in eo contendendum et laborandum erat, ut vera genuinaque ratione, quae inter persicas et zendicas sanscritasque literas intercedit, accurate exposita, consonantium mutandarum leges proponerem atque uberius pertractarem, quum iis potissimum et accurata originis vocum investigatio et recta formarum explicatio nitatur. — Sequitur deinde verbum, quod hoc loco posui, non, ut in priore editione, inter nomen et particulas, quia falsum id esse et artis grammaticae praeceptis repugnare nunc persuasum habeo. Verbum enim ipsum per se enuntiatio est, nomen autem et particulae singulae tantum sunt enuntiati partes, eiusdem scilicet originis et constructionis ideoque in expositione grammatica minime separandae. — Quum multis verbis persicis praepositiones praefixae sint, quae ex solis dialectis cognatis deduci possunt nec reperiuntur nisi cum verbo arcte coniunctae, accurata dialectorum cognatarum investigatione et comparatione haec praefixa eruere et singulari capite uberius pertractare studui. — Verborum anomalorum doctrina, quam in omnibus grammaticis persicis nimis confusam implicatamque inveneris, nova ac simplici ratione, quae verbi radice cum dialectis cognatis comparata nititur, a nobis tractata est. —

Nominum persicorum formatio quo melius perspici possit, omnia suffixa, quae formationi inserviunt, cum dialectis cognatis comparata ordine alphabetico sunt disposita eorumque cum vocibus connectendorum ratio multis exemplis est exposita. Denique in doctrina de compositione uberius tractanda Indorum inprimis grammaticos secutus sum, sed alium statui compositorum nominalium et numerum et ordinem, quem loco suo pluribus expositum invenies.

Praeterea Persarum libris grammaticis accurate perlectis rationem, qua grammatici persici formas explicare solent, aut meam feci aut refutare studui, si quid mihi falsum esse nec probari posse exemplis videbatur, quae ad confirmandas regulas ex optimis Persarum libris fere semper sunt proposita. Qua de causa praeter grammaticae persicae epitomen lexico Borhâni qâti'u praemissam, grammatica copiosa, quae lexico Haft qulzum [1]) adiuncta est et Lumsdenii opus grammaticum [2]), quod indigenarum aucto-

[1]) Plura de hisce lexicis persicis v. in praefatione lexici nostri p. VI et VII.

[2]) A grammar of the Persian language etc., in two volumes by M. Lumsden, Calcutta 1810, fol.

ritate nititur, saepius in nostro libro laudantur. Accedunt duo alii fontes persici praecipui, quibus in hac nova editione usus sum, grammatica nimirum persica lexico Raschîdî praefixa [3]) et lexicon persicum مصطلحات بهار عجم inscriptum [4]), cuius auctor critica inprimis ratione voces et formas illustrare studet.

Quamquam grammatica nostra non inservit sermoni, qualis nunc est, Persarum addiscendo, sed cognatis dialectis comparatis ad severiora artis praecepta conscripta est, quo ad literarum potius persicarum monumenta aditus aperiatur, discriminis tamen, quod est inter vulgarem illum et eruditum Persarum sermonem sive in pronuntiatione sive in vocum et formarum diversitate et usu fere semper ratio habita est. Qua in re auctores et testes nobis erant Persa Mirza Mohammed Ibrahim literarum arabicarum et persicarum professor in collegio hindostanico Haley-

---

[3]) Grammaticae persicae praecepta ac regulae, quas lexico persico Ferhengi Raschîdî praefixas e duobus codicibus uno Roedigeri, altero bibliothecae Reg. Berolinensis scripsit et edidit Dr. Splieth, Halis 1846.

[4]) Plura de hoc lexico persico v. in praefatione lexici nostri p. VII.

burensi, cuius librum grammaticum anglice scriptum vir doctissimus Fleischer germanice vertit[5]), et Al. Chodzko natione quidem Polonus sed literis persicis maxime eruditus, qui per duodecim annos consulis Russici munere fungens in persicis regionibus habitavit et grammaticam sermonis, qualis nunc est, Persarum conscripsit[6]) magni aestimatam, e qua etiam doctrina de accentu persico in libro nostro repetita est. — Praeterea Gabrielis Geitlin liber grammaticus[7]) valde commendandus haud raro a nobis laudatus est.

Accipite igitur, qui lecturi estis, benevolenter hanc novam libri nostri grammatici editionem, quam paravimus ad linguam persicam accuratius investigan-

---

5) Grammatik der lebenden persischen Sprache von Mirza Mohammed Ibrahim, aus dem Englischen übersetzt, zum Theil umgearbeitet und mit Anmerkungen versehen von Dr. H. L. Fleischer, Leipzig 1847.

6) Grammaire persane ou principes de l'Iranien moderne accompagnés de Fac-Simile pour servir de modèles d'écriture et de style pour la correspondance diplomatique et familière par Alexandre Chodzko, Paris 1852.

7) Inscribitur : principia grammatices neo-persicae cum metrorum doctrina et dialogis persicis, Helsingf. 1845.

dam et cognoscendam, errori autem indulgeatis, quaeso, qui mecum non ignoratis errare esse humanum.

Scribebam in Academia Ludoviciana Gissensi mense Martio MDCCCLXX.

CONSPECTUS LIBRI.

COMPENDIA SCRIBENDI.

Anv. Soh.	*i. e.*	Anvari Soheily (Sooheily) ed. Calc. 1824.
ap.	—	dialectus antiqnior persica, qualem offerunt Inscriptiones cuneatae.
ar.	—	lingua arabica.
arm.	—	lingua armenica.
B.	—	lex. برهان قاطع, d. q. v. praef. lex. nostri p. VI.
Bh.	—	lex. مصطلحات بهار عجم, d. q. v. praef. lex. nostri p. VII.

Bost.	*i. e.*	le Boustân de Saʿdî texte pers. avec un comm. par Ch. H. Graf, Vienne 1858.
Bund.	—	Bundehesh editionis Westergaardi Haun. 1851 et Justii Lips. 1868.
C. et Cast.	—	Ed. Castelli lex. hept., d. q. v. praef. lex. nostri p. VIII.
Chr. Sch.	—	chrestomathia nostra Schahnamiana, Bonn. 1833.
D. M. G.	—	deutsche morgenländische Gesellschaft.
F.	—	lex. فرهنگ شعوری, d. q. v. praef. lexici nostri p. VI.
Fr.	—	Fragmens rel. à la rel. de Zoroastre, Par. 1819.
Gl. in Des.	—	glossarium libro „The Desatîr" adiectum, d. q. v. praef. lex. nostri p. VIII.
Gl. Sch.	—	glossarium persice scriptum in tomo IV Schahn. ed. Turn. Macan, d. q. v. praef. lex. nostri p. VIII.
Gul.	—	Gulistân éd. autogr. publ. par N. Semelet, Par. 1828.
H.	—	historia Mirchondi et quidem Buj. i. e. Bujidarum, Gasn. i. e. Gasnevidarum, Sam. i. e. Samanidarum a Fr. Wilken et Selj. i. e. Seljukidarum a nobis edita.
Hg.	—	Gramm. d. Huzvâresch-Spr. v. Fr. Spiegel, Wien 1856.
HK.	—	lex. Seven Seas, v. infra Sev. Seas.
H. Mong.	—	Histoire des Mongols par Quatremère in Coll. or. tom. I, Par. 1836.
J.	—	Dictionary pers., ar. and engl. by Fr. Johnson, Lond. 1852.
M. s. Men.	—	Meninskii lex. ar. pers. turc., Viennae 1780.
p.	—	lingua persica.
pa. s. pars.	—	dialectus parsica.
Pend.	—	Pend-Naméh trad. et publ. par S. de Sacy, Par. 1819.
Pg.	—	Gramm. d. Parsisprache v. Fr. Spiegel, Leipz. 1851.
phl.	—	dialectus pehlevica.
s.	—	sive.
„ s.	—	lingua sanscrita.
Sec. Nam.	—	The Secander Nama of Nizami, Calc. 1812.
Sev. Seas	—	Seven Seas s. lex. pers. هفت قلزم, d. q. v. praef. lexici nostri p. VII.
SHL.	—	lex. Shums-ool-Loghat, d. q. v. praef. lexici nostri p. VII.
Soohr.	—	Soohrab a poem of Ferdousee by J. Atkinson, Calc. 1814.
t.	—	lingua turcica.
z.	—	lingua zendica.
Zg.	—	Gramm. d. altbaktr. Spr. v. Fr. Spiegel, Leipz. 1867.

LITERAE.

1. Persae arabicis utuntur literarum formis, quas Arabum imperio subiecti cum suis commutasse videntur. Quum autem lingua persica ad Aricam familiam pertineat, non ad Semiticam, ut lingua arabica, Arabum quoque scriptura, a persicae linguae natura et indole aliena, persicis literis exprimendis haud idonea esse poterat. Quare factum est, ut Persae non solum novas vocales et consonas arabicis adderent et quae duriores ipsis videbantur repudiarent, sed etiam literas, quas Arabes pronuntiando bene distinguunt, plane inter se confunderent.

2. Scripturae genus apud Persas usitatissimum est Ta'lîq (تعليق), e charactere arabico Neskhi (نسخى), quo etiam Persae utuntur, ortum penduloque literarum ductu, a quo nomen accepit, bene ab illo distinctum. Persicum quoque scribendi genus est Nesta'lîq (نستعليق e نسخ تعليق decurtatum Bh.), quod neque Neskhi est neque Ta'lîq, sed inter utrumque characterem quasi medium tenet. Tertium denique scripturae genus, quo in epistolarum commercio et in rebus diplomaticis maxime utuntur, appellatur Schikasta (شكسته) i. e. *fractum* (alias قرمه sec. Geitlin) eique proprius est literarum ductus negligens, implicatus, inelegans. Plura v. in Ouseley Persian Miscellanies, an Essay to facilitate the reading of Persian Manuscripts. Lond. 1795 4⁰ et Al. Chodzko, grammaire persane Paris 1852, 8⁰, p. 189 sqq., ubi varia scripturae generum specimina exhibentur.

1

3. Literae a dextra sinistrorsum scribuntur et quatuor exhibent figuras, connexam nimirum cum sequenti vel praecedenti vel utrinque, aut omnino non connexam. Scribendi mos idem est Persarum atque Arabum et Turcarum nunquam vocabulum in syllabas separare, ita ut pars superstes vocabuli longioris in lineam sequentem transferatur, sed scriptura aut sursum inflectitur, aut ultimae literae superponuntur prioribus. Praeterea linea coniunctiva literarum ad spatium lineae explendum latius extendi potest. Denique singula orationis membra certis signis distingui non solent; attamen exstant interpuncta quaedam minora, ut ʼ, :, . et maiora, ut ۞, quae scriptores orientales rarius quidem neque inter se consentientes adhibent. Partes librorum et singula capita distinguuntur literis rubris vel auratis.

In sequenti tabula, quae omnes exhibet persicarum literarum figuras et nomina una cum pronuntiatione, primo loco positae sunt consonantes ordine recepto dispositae, deinde vocales et diphthongi, quas denique sequuntur ceterae legendi notae. — Numerorum signa et numeros singulis literis denotatos separata tabula infra § 43 apposita exhibet.

CONSONANTES.

Ordo	Nomina	Figurae				Pronuntiatio
		haud connexarum	connexarum			
			cum praecedenti	utrinque	cum sequenti	
1	Elif الف	ا	ـا			Spirit. lenis
2	Bê بی (با)	ب	ـب	ـبـ	بـ	b
3	Pê پی	پ	ـپ	ـپـ	پـ	p
4	Tê تی (تا)	ت	ـت	ـتـ	تـ	t
*5	Sê ثی (ثا)	ث	ـث	ـثـ	ثـ	s″ (acut.)
6	Jîm جيم	ج	ـج	ـجـ	جـ	j

Ordo	Nomina		Figurae haud connexarum	connexarum cum praecedenti	connexarum utrinque	connexarum cum sequenti	Pronuntiatio
7	Cê	چى	چ	ـچ	ـچـ	چـ	c
*8	Ḥê	حى (حا)	ح	ـح	ـحـ	حـ	ḥ (acut.)
9	Khê	خى (خا)	خ	ـخ	ـخـ	خـ	kh
10	Dâl	دال	د	ـد			d
11	Zâl	ذال	ذ	ـذ			z (s moll.)
12	Rê	رى (را)	ر	ـر			r
13	Zê	زى (زا)	ز	ـز			z (s moll.)
14	Ĵê	ژى	ژ	ـژ			ĵ (gall. j)
15	Sîn	سين	س	ـس	ـسـ	سـ	s (acut.)
16	Schîn	شين	ش	ـش	ـشـ	شـ	sch
*17	Sâd	صاد	ص	ـص	ـصـ	صـ	s (acut.)
*18	Zâd	ضاد	ض	ـض	ـضـ	ضـ	z (s moll.)
*19	Tê	طى (طا)	ط	ـط	ـطـ	طـ	t
*20	Zê	ظى (ظا)	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	z (s moll.)
*21	ʾAïn	عين	ع	ـع	ـعـ	عـ	ʾ Spirit. lenis
22	Ghaïn	غين	غ	ـغ	ـغـ	غـ	gh
23	Fê	فى (فا)	ف	ـف	ـفـ	فـ	f
*24	Qâf	قاف	ق	ـق	ـقـ	قـ	q
25	Kâf	كاف	ك	ـك	ـكـ	كـ	k
26	Gâf	گاف	گ	ـگ	ـگـ	گـ	g
27	Lâm	لام	ل	ـل	ـلـ	لـ	l
28	Mîm	ميم	م	ـم	ـمـ	مـ	m
29	Nûn	نون	ن	ـن	ـنـ	نـ	n
30	Vâv	واو	و	ـو			v
31	Hê	هى (ها)	ه	ـه	ـهـ	هـ	h
32	Yê	يى (يا)	ى	ـى	ـيـ	يـ	y
	Lâm-elif		لا	ـلا			la

*) Octo consonantes arabicae hoc asterisco notatae a Persis repudiantur, d. q. v. infra § 4.

VOCALES.

Nomina	breves: Figurae initiales	breves: Figurae mediae et finales	breves: Pronuntiatio	longae: Figurae initiales	longae: Figurae mediae et finales	longae: Pronuntiatio
Zabar زبر s. Fatha (فتح)	أ	ـَ	a (ä, e)	آ s. أا	ـَا	â
Zêr زير s. Kesra (كسر)	إ	ـِ	i	إى	ـِى	î et ê
Pēsch پيش s. Dhamma (ضمّ)	أُ	ـُ	u	أُو	ـُو	û et ô

DIPHTHONGI.

أَى ai et أَو au

LEGENDI NOTAE.

Sukûn	(سكون) s. Jezm (جزم)	ـْ
Teschdîd	(تشديد)	ـّ
Medda	(مدّ)	ـٓ
Hamza	(همزه)	ء

SCRIPTURAE ET PRONUNTIATIONIS PRAECEPTA.

CONSONANTES.

4. Praecedenti tabula triginta duae literae consonantes continentur, quarum quatuor پ, چ, ژ et گ, tribus punctis diacriticis ab arabicis literis ب, ج, ز et ك bene distinctae, Persis sunt propriae ob eamque causam persicae (فارسى s. عجمى) appellantur oppositae ceteris, quas dicunt arabicas

(عربى s. تازى). Viginti octo autem arabicarum literarum Persae octo repudiarunt, quarum pronuntiatio, ut grammatici docent, difficilior haberetur *). Sunt literae ث, ح, ص, ض, ط, ظ, ع et ق in vocabulis vere persicis vix unquam adhibitae. Nihilominus paucae inveniuntur voces persicae, una alterave harum literarum scriptae, quarum tamen forma recentior esse videtur et arabicae scripturae accommodata, quum antiquiorem et veram ipsi persicae linguae thesauri fere semper exhibeant. Ita e. g. pro طهمورث *Tahmûras* nom. regis, حيز *homo nequam*, شصت *sexaginta*, صد *centum*, طشت *pelvis maior*, طپيدن *huc illuc agitari*, طلا *aurum*, عرابه *currus*, قالنجه *avis quaedam*, قلندر *monachus*, لعل *rubinus*, al. antiquiores exstant formae: تهمورس, هيز, شست, سد, تشت, تپيدن, تله, ارابه, كالنجه, كلندر, لال. Adde schol. ad Sec. Nam. p. 128, l. 13 : طلا بمعنى ذهب بتاى قرشت فارسى الاصل است كه تله بهاى مختفى بوده وهاى مذكور بالف بدل شده مثل خاره وخارا ومتاخرين آنرا بطاى حطى مى نويسند مانند طپيدن. Vid. etiam § 8. 17. 18. 21 et lex. nostr. s. v. ارثنگ, اصطخر, اصفهان, چوماق, طوطى, كيومرث, sim. — Itaque persicum alphabetum proprie viginti quatuor constat literis, quae, ut tabula docet, aut separatae aut connexae scribuntur. — Ultima figura لا est literarum ل et ا complexus.

Nomina literarum sunt arabica a Persis recepta; eorum autem nominum, quae longa vocali *â* terminantur aeque ac nominum trium literarum پ, چ et ژ persica forma in ـى loco ـا desinens usitatior est. In tabula praecedenti arabica forma uncis inclusa adscripta est.

5. Quamquam Persae arabicas literas suis commutarunt, arabicam tamen pronuntiationem, a persicae linguae natura et indole plane alienam, omnino recipere non poterant. Difficillimum autem est sonum, quo Persae literam quamque arabicam

*) V. Seven Seas t. VII p. 4 l. 20; Borh. qât. p. 4 l. 10 et Lumsden a Gram. of the Pers. lang. Calc. 1810 fol. t. I p. 28.

pronuntiant, accuratius definire, quum vera et perfecta pronuntiatio praeceptis disci non possit sed frequentissimo tantum indigenarum commercio. Attamen adhibitis ipsorum Persarum et virorum doctorum, qui apud Persas degebant, de pronuntiatione praeceptis et comparatione cum zendicis et sanscritis literis instituta, cum difficiliorem literarum quarundam pronuntiationem, tum singulae cuiusque persicae literae vim et significationem sequentibus accuratius definire conati sumus.

ا

6. Lit ا est spiritus lenis, quo tres vocales *a*, *i* et *u* initiales quasi ex ore protruduntur. Si vocalem اَ sequitur و vel ى oriuntur diphthongi اَو *au* et اَى *ai*. In arabica lingua lit. ا tum semper signo Hamza afficitur (§ 41) et in lexicis persice scriptis literae Elif appellatio usitata est Hamza. — Si autem lit. ا in medio aut fine syllabae reperitur, semper est lit. quiescens, quae vocali longae *â* formandae inservit (§ 29). Attamen in media voce lit. ا quiescens saepe eiicitur e. g. دامَن pro دامان *lacinia*, رَه pro راه *via*, مَه pro ماه *luna*, شَهَنشَه pro شاهانشاه *rex regum*. Interdum idem signum اـَ sono *ê* pronuntiatur, d. q. v. § 30 et 91. — Praeterea zendicae vel sanscritae voces, quae a duabus consonantibus incipiunt, in linguam persicam receptae literam ا vocali affectam plerumque praepositam habent (§ 71 et 112) e. g. ابرو *supercilium* = s. भ्रू, z. brvaṭ; استوار *firmus* = z. çtawra, s. स्थावर; استادن s. ايستادن *stare* coll. r. z. çtâ, s. स्था, al. — Denique praeter lit. ا duae aliae gutturales ه et خ uni gutturali pehlevicae ىد (א) *a* respondent. Qua in re etiam parsica dialectus cum lingua persica consentit e. g. phl. אבּרנ̄ = p. هرگز; phl. אירפת = p. هيربد; phl. אאואנן (z. ahu + suff. אנן) = pa. اخوان s. اخن s. خوان et p. خان, خون et خن; phl. אור = p. خور s. هور; phl. אוראסאנן = p. خراسان. Plura v. in Müller, Essai sur

la langue pehlvie in Journ. as. t. VII 1839 p. 336 sqq. et Sp. Hg. p. 42. V. etiam infra § 46, c et § 49, a.

پ et ب

7. Labiali ب leniori vel mediae Persae alteram lab. asperam vel tenuem پ addiderunt, quarum prior zendicae ر *b*, s. ब, posterior autem zendicae ⅁ *p*, s. प plerumque respondet, d. q. v. § 59 et 60.

ث

8. Litera ث aeque ac lit. ص a Persis ut sibilans acuta pronuntiatur et respondet sono sibilantis dentalis س. Utramque literam Persae repudiarunt. In vocibus persicis lit. ث ex antiquiore ت vel س orta est, ut lit. ص ex antiquiore س (§ 4). Lexici Rashîdî auctor (gr. pers. ed. Splieth p. 9) dicit: حرف ث در فارسی نیامده اما اغریرث برادر افراسیاب ترکی است وطهمورث در اصل فرس تهمورس است یا تهمورت بتا وطهمورث معرب است ودر قاموس آورده که گیومرت بگاف فارسی وتاء قرشت است وبعضی گفته اند که در لغت فرس حرف ثا نیامده الا در دو کلمه ارثنگ وثغ بمعنی بت لیکن هر دو جا تصحیف خوانده اند چه ارتنگ بتاء قرشت است وتغ فغ است بفا.

چ et ج

9. Lit. ج *j* arabica ad persicam چ *c* eandem habet rationem atque ب ad پ. Sunt literae palatinae, quarum posterior چ, ut ital. *c* in voc. dolce, felicita pronuntianda, respondet zendicae tenui ⅁ *c*, s. च et prior ج, aequans ital. *g* in voc. oggi, genio, zendicae mediae ⅁ *j*, s. ज.

ح

10. Lit. ح ḥ indicatur aspiratio e gutture procedens et fortior quam literae ه *h*. Attamen est gutturalis a Persis repudiata et ipsa litera ه suppletur, ut in هیز = حیز *homo nequam*.

Lexici Raschîdî auctor (l. l. p. 10) dicit : حرف ح در فرس نیامده وهرجا حا در فارسی زبان زد شده از تغییر لهجهٔ جمعی است که میخواهند فارسیرا بمخرج گویند چون حیز وحال که در اصل هیز وهال بود وامثال آن.

خ

11. Lit. خ *kh* est sonus gutturalis quasi cum sono *r* mixtus, ut germ. *ch* post vocales *a*, *o* et *u* pronuntiandus, quem Chodzko (l. l. p. 4) comparat cum rhoncho dormientis. De lit. خ = phl. ܣ *a* v. § 6.

خو

12. Ligatura خو *q* (خُو, خِو, خَو) in voc. persicis respondet zendico ܩ *q*, vel ܘܗ h v, s. स्व, phl. או et ap. uva (§ 46, e). Persarum grammatici ignari, quae vera sit huius ligaturae origo et pronuntiatio, duas literas خ et و separantes docent, postremam literam و vocali destitutam in pronuntiando esse praetereundam, si sequitur una novem literarum ا, د, ر, ز, س, ش, ن, ه et ی. Qua de causa etiam talis lit. و ab eis appellata est واوِ معدوله *vav deflexa* i. e. in pronuntiando praetermissa, aut واوِ اشمامِ ضمه *vav vocalem Dhamma redolens*, quia vocali *a* praecedentis literae خ quasi odorem vocalis *u* tribuit e. g. in voc. خَواب *somnus*; خَواڭ = خاڭ s. خایه *ovum*; خَواندن *legere*; خَود *ipse*; خَور *sol*; خَوزم *vapor*; خَواسته *evulsus*; *foetidus*; خَوش *pulcer*; خَواند *dominus* coll. آخَوند *tutor* J.; خَوهل (بر وزن سهل B.) s. خَوهْله *curvus* coll. al. forma خُوهَل; خَویْله *stultus* coll. al. forma خُویله. Hisce addunt pron. reflex. خِویش vel خِویشتن et خُوهل i. q. خَوهل *curvus* et خُویله i. q. خَویْله *stultus* et آخُور vel آخُر *stabulum*, in quibus, quod rarius invenitur, lit. خ vocali *i* vel *u* est affecta et lit. و etiam in

pronuntiando negligitur. In gram. pers. lexico Raschîdî praefixa (l. l. p. 18) legitur : ودویم واوی که جمعی آنرا معدوله نام کرده اند بدانجهت که از آن عدول نموده بحرف دیگر متکلم میشوند ونیک بتلفظ در نمی آید وبعضی آنرا واو اشمام ضمه گویند بدانجهت که این واو بعد از خاء مفتوحه نویسند تا معلوم شود که فتحه این خالص نیست بلکه بوی از ضمه دارد وگاهی بطریق ندرت مضموم ومکسور نیز آید چون خِویش که مکسور است وچون خُوهل وخُویله که مضموم است واین واو بر دو گونه است یکی آنکه بعد از واو الف باشد چون خواب وخواجه وخوارزم ومانند آن دویم آنکه بعد از واو یکی ازین حروف هشتگانه باشد دال ورا وزا وسین وشین ونون وها ویا چون خود وخور وخوزم وخوست وخوشت وخوند وخوهله وخویله ودلیل بر فتح این خا اشعار قدماست.

Not. 1. Vocalem ligaturae خَو vocali *a* similem exitum habere posse probat versus in Sec. Nam p. 168, l. 7 metri متقارب : بیا ساقی آن می که رومی‌وش است ✿ بمن ده. که طبعم چو زنگی خوش است i. e. *„veni pocillator, vinum illud Romano simile porrige mihi, quum natura mea pulcra sit instar Aethiopis“*, cuius verba وَش et خوش similiter cadunt. Cf. etiam Soohr. p. 197 vs. antpl., cuius hemistichia exeunt in بدتر است et اندرخور است. Alios versus poetae سعدی et حافظ huc pertinentes affert auctor lexici Raschîdî l. l. p. 19.

د et ذ

13. Lit. د est dentalis media z. 𐬛 *d*, s. द, altera autem lit. ذ, quae accedente sibilo vel spiritu e lit. د orta videtur, ut proprie valeat *dz* vel *dh*, a Persis aut ut د *d*, aut ut aspirata dentalis *dh* pronuntiatur, plerumque tamen sono literae ز *z* effertur. Initio vocis lit. ذ, ut respondens z. 𐬜 *dh*, non legitur, nisi in duabus tribusve vocibus persicis, sed in media voce et in fine reperitur, si praecedit vocalis et haud raro cum د et ز permutatur (§ 57), ut in آذر *ignis* coll. al. formis آدر, آدیش, آتش

et تش = z. âtar; گذاشتن s. گزاستن *transire* a r. z. tar; گنبذ s. گنبد *fornix*.

Persarum grammatici literam د sono literae ذ i. e. aspiratae *dh*, ut videtur, in persicis vocabulis pronuntiandam esse docent, si proxime praecedit vocalis quaedam sive brevis sive longa e. g. in voc. آمَدن *venire*, شُدن *fieri*, ایزَد *deus*, داد *dabat*, بود *erat*, دید *videbat*. Eodem modo in media voce zendica inter duas vocales litera aspirata 𐬜 *dh pro* 𐬛 *d* reponi solet, ut in 𐬛𐬀𐬜𐬁𐬨𐬌 dadhâmi *do* coll. 𐬛𐬁𐬙𐬀 ḍâta *datus* (Sp. Zg. § 37; Bopp Vg². t. I § 39). Regulam versibus tradidit Nâsir-eddîn Tûsensis hisce : آنانکه بفارسی سخن می رانند ۞ در معرض دال ذال را بنشانند ۞ ما قبل وی ار ساکن جز وای بود ۞ دال است وگر نه ذال معجم خوانند v. Sev. Seas t. VII p. 17 l. 10 et Borh. qât. p. 4 l. 16. In lexico persico سروری inscripto, quod permagni aestimatur, haec legendi regula semper est observata. Sed alius lexici persici, Raschîdî inscripti, auctor in India natus literas د et ذ sine ullo discrimine in persicis vocabulis adhiberi posse contendit. Denique in opere حُلل مطرّز a Maulânâ Scherf-eddîn 'Alî conscripto docetur, Persiae incolas in quolibet persico vocabulo literam ذ pro د substituere, contra, qui Mâvarannahr provinciam inhabitant, Persas literam د semper servare. Auctor lexici Raschîdî (l. l. p. 11 et 12) dicit : حرف ذال را در فارسی از دال بدین ضابطه امتیاز کرده اند که اگر پیش ازو صحیح ساکن بود مهمله خوانند واگر صحیح متحرك یا حرف علت ساکن یا متحرك بود معجمه خوانند لیکن اصح آنست که درین دو مقام مهمله ومعجمه هر دو خوانند بلکه افصح پیش قدماء فرس مهمله است چنانکه الحال اهل ماوراء النهر استعمال میکنند ومولانا شرف الدین علی در حلل مطرّز گفته که درین دو موضع اهل فارس بذال معجمه خوانند واهل ماوراء النهر بدال مهمله حتی لفظ گذشتن وگذرد را نیز بدال مهمله استعمال کنند ودر لغت آذر مذکور خواهد شد (یعنی در فرهنگ) که افصح بدال مهمله است.

Addit Lumsden in India literam د nunquam ut ذ pronuntiari. In tanta ipsorum Persarum de modo literam د pronuntiandi dissensione difficile est certi quid statuere. Attamen boni Persarum scriptores olim in persicis vocabulis literam د post vocalem re vera ut ذ *dh* pronuntiasse videntur, quum ipse poeta Anvarî hanc pronuntiandi rationem in versibus sequentibus negligens licentiae excusationem afferat; nam vocabula persica, بنمود, افزود et بود, literae ذ *dh* sono pronuntianda, voci arabicae جود, quae in literam د exit, similem exitum non habent, metr. هزج: دستت بسخا چون ید بیضا بنمود ✿ از جود تو بر جهان جهانی افزود ✿ کس چون تو سخی نیست ونی خواهد بود ✿ گو قافیه دال شو زهی عالم جود i. e. „*manus tua liberalitate ut manus alba* (Mosis) *apparuit; tua liberalitate mundus mundo auctus est. Liberalis ut tu nullus est nec erit unquam; dic : versus in literam dâl exeant, o mundus libertatis.*" V. Scv. Scas et Borh. qât. l. l., Lumsden l. l. t. 1 p. 26.

ر et ل

14. De hisce literis nil monendum, quum plane respondeant nostris *r* et *l*.

ز et ژ

15. Sunt zend. literae sibilantes ؏, ؏ *z* et ﻫ *zh*, quarum prior ز *z* ut *s* moll., posterior ژ *ĵ* ut gall. *j* e. g. in voc. *jour, jardin* pronuntiatur. Praeterea sibilans ژ, quamquam zend. ﻫ *zh* respondet, non semper tamen eius loco reperitur, sed saepe etiam alia sibilans, ut ز, ش, substituitur, d. q. plura v. infra § 52 et 53.

س et ش

16. Lit. س est *s* acut., quae recentiore linguae persicae aetate in quibusdam vocibus, ut صد *centum*, شصت *sexaginta*, al. cum ar. ص permutata est (§ 4). Altera autem sibilans

ش *sch* respondet z. ש *s* et ש *sch* et in persicis vocabulis saepe cum palatalibus permutatur, d. q. plura v. § 54 et 58.

ص, ض, ط et ظ

17. Quatuor has literas, arabicae linguae proprias et peculiaribus sonis ṣ, ḍ, ṭ et ẓ ab aliis bene distinctas, Persae repudiarunt. Praeterea eas cum literis س, ز, ت et ز, quae sono illis sunt cognatae, confundunt ob eamque causam pronuntiant ص *s*, ط *t*, ض et ظ *z*. Cf. § 4 et 8.

ع

18. Haec quoque litera, quum sonum gutturalem Arabibus proprium significet, a Persis non est recepta. Sonum hunc, Europaeorum litera minime exprimendum, spiritus lenis signo ـِ indicare placuit. V. de Sacy gr. ar. t. I p. 20; Caussin de Perceval gr. ar. vulg. p. 5. In vocibus persicis, ut لعل *rubinus*, عرابه *currus*, al. lit. ع ex antiquiore ا orta est (§ 4); in aliis ipsa lit. ع init. per aphaeresin abiecta est e. g. يال ex ar. عيال *familia*, unde يالمند pro عيالمند (§ 69, 1).

غ

19. Lit. gutturalis غ, quam Arabes sono literas *r* et *g* attingente pronuntiant, modo per *rh*, modo per *gh* vel *g* exprimitur. Persis autem est lit. gutturalis media aspirata *gh*, de qua Chodzko (l. l. p. 5 § 9) dicit: „Le غ est un *gh* dur dont l'articulation a beaucoup d'analogie avec l'*r* grasseyé des Provençaux."

ف

20. Lit. ف *f* est zend. lit. ﻭ *f*, quae ex labiali tenui ﻭ *p* sequentis literae ﻭ *r*, ש *s* et ﻭ *n* vi attrahendi oritur. Bopp Vg². § 40. Saepe permutatur cum aliis labialibus et cum lit. و, d. q. plura v. § 61, c.

ق

21. Literam ق, et ipsam a Persis repudiatam, Arabes sono literae *k* simili sed e gutture cum emphasi quadam producto efferunt, qua recte pronuntianda verus Arabs cognoscitur, v. de Sacy gr. ar. t. I p. 21, Caussin de Perceval gr. ar. vulg. p. 5. Nos hunc sonum perdifficilem ad imitandum litera *q* indicavimus. In vocibus pers. hanc lit. e primitiva غ vel ك ortam esse (§ 4) dicit auctor gram. pers. lexico Raschîdî praefixae (l. l. p. 15).

ك et گ

22. Duarum gutturalium prior ك est tenuis *k*, posterior گ media *g* a Persis addita. Secundum gram. pers. lexico Raschîdî (l. l. p. 15) praefixam lit. گ quarundam vocum persicarum in Mâvarannahr cum lit. ك permutatur e. g. كشاد, خيك et خوك pro گشاد, خيگ et خوگ.

م et ن

23. Varios nasales sonos, qui in lingua sanscrita secundum quinque literarum ordines propriis literis ङ ṅ, ञ ñ, ण ṇ, न *n* et म *m* et Anusvâra ं ṅ significantur, Persae in scriptura antiqua duabus tantum nasalibus *n* et *m* expressisse videntur, nec plures possidet ipsa dialectus antiquior persica. Quae enim nunc in zendica lingua praeter *m* usitata sunt nasalium signa *n* et ṅ ita inter se differunt, ut prius *n* semper in initio et fine vocis locum habeat et in media voce inter vocales et ante semivocales *y* et *v* et post plurimas consonantes, posterius autem ṅ non nisi in media voce ante consonantes trium priorum ordinum reperiatur. Porro signum ą̃ ex primitivo *an* ortum videtur et proprie est vocalis, quam sequitur sonus nasalis, gallico *on* fere respondens. Postremi denique soni nasales and et, zendicae linguae proprii, quum saepius confundantur, pronuntiatione non multum inter se differre videntur. Signum usitatius legitur post vocalem *a* vel *âo* ante lit. z. *h* ex

primitivo *s* ortam, alterum autem ݩ respondet ap. *hy* eiusque pronuntiatio a sono ںه *nh* discrepans pendet ex sequenti semivocali *y*, quae tamen tunc abiici solet. Cf. Sp. Zg. § 52—55. — Literae ن igitur pronuntiatio ex organo, quo sequens consonans profertur, est definienda, quum ante labialem ut *m*, ante gutturalem ut *ng*, ante palatinam fere similiter et ante dentalem vulgari nasalis sono *n* efferatur. — Praeterea docet auctor grammaticae pers. lexico Raschîdî praefixae (l. l. p. 17), sonum literae finalis ن praecedente litera quiescenti ا vel و vel ی per nares edi solere (بطریق غنه متلفظ شود), ut in زبان, دهان eamque pronuntiandi rationem interdum etiam in media voce usitatam esse, ut in نشاند, خواند, راند.

و

24. Lit. و *v* initio vocis vel syllabae semper est consonans; in medio autem vel fine vocum, si praecedit vocalis homogena ـُ, est lit. quiescens et pronuntiatur aut *û* aut *ô*, d. q. plura v. § 29 et 32. — In tribus voc. دو *duo*, تو *tu* et چو *sicut* Persarum grammatici literam و ea de causa additam dicunt, quia voces persicae in consonantem exire debeant. In quibusdam autem aliis vocibus lit. و post vocalem ـُ non pronuntiata etiam recentiore more scribendi omittitur, ut in کاوُس pro کاووس (= pa. ݢسدݐدݓ et in rec. cod. ݢسدݐݓ et ݢسدݐݐݓ Sp. Pg. p. 43); شاوُر pro شاوور = شاپور; سیاوُش pro سیاووش = سیاوخش, ex quo decurtatum est; گراوُس pro گراووس; ناوُس pro ناووس. — Non pronuntiatur etiam lit. و, quae واو معدوله s. واو اشمام ضمه dicitur, praecedente خَ, raro خِ, aut خُ, d. q. v. § 12. — In media voce lit. و quiescens plane ut lit. ا et ی quiescens (§ 6 et 26) scribendo omitti potest e. g. کُه pro کوه *mons;* هُش pro هوش *intellectus;* تُست pro توست, ex تو *tu* et است *est* contractum. — Si literae و praecedit vocalis ـَ oritur diphthongus اَو *au* (§ 6).

ه

25. Lit. ه *h* et initialis et media semper est radicalis sonoque fortiore pronuntianda *), ut in هُنَر *virtus*, مِهر *sol*, مُهر *sigillum;* lit. autem ه finalis aut est radicalis aut muta, vocali praecedenti brevi ad sustinendum addita **). Quare Persarum grammatici distinguunt inter lit. Hâ finalem manifestam (هاى جلى s. هاى مظهر s. هاى ظاهر) et occultam (هاى مُخفى s. هاى خفى). Manifesta dicitur omnis lit. ه radicalis et pronuntiata, quam ob causam etiam Hâ pronuntiata (هاى ملفوظ) appellatur. Plerumque illi praecedit vocalis longa ا ـَ vel و ـُ, quae tamen etiam metro inprimis urgente defective scribi potest, rarius vocalis brevis *i* e. g. راه vel رَه *via*, اندوه vel اندُه *moeror;* زِرِه lorica; مِه *magnus*. Occulta autem sive lenis dicitur aut lit. ه suffixa et supervacanea ideoque addita, quia voces persicae in consonantem exeant necesse est (§ 113), aut lit ه vocum arabicarum, quam Persae pro ة arab. scribunt e. g. داده *datus;* دهنده *dans;* دوشه *mulctarium;* هرروزه *quotidianus;* زرينه *aureus;* خانه *domus;* كه *qui*; چه *quod;* قلعه *arx* pro ar. قلعة. Haec litera, etiam Hâ levata (هاى مُخفف) dicta, non solum in pronuntiando praetermittitur, sed etiam syllaba quadam in fine accedente varie immutatur, d. q. v. § 92—96.

ى

26. Lit. ى *y* ut lit. و initio vocis vel syllabae semper est consonans; in medio autem vel fine vocum, si praecedit vocalis

---

*) „Le ه représente une articulation aussi forte que le *h* aspiré français dans *haine*, *hache*" Chodzko l. l. p. 5 § 11.

**) Pronuntiationem huius lit. ه finalis mutae Chodzko (l. l. § 15, 1) sic definit : „L'articulation aspirée qui lui est propre s'absorbe et disparait dans la voyelle qui l'a précède."

homogena ـِ, est lit. quiescens et pronuntiatur aut *î* aut *ê*, d. q. v. § 29 et 32. Attamen in poetico inprimis sermone lit. ى quiescens in media voce, plane ut lit. ا et و (§ 6 et 24), scribendo omitti potest e. g. بِرون pro بيرون *extra;* زِنهار pro زينهار *cave;* نِكو pro نيكو *bonus;* بارِك pro باريك *tenuis;* رِسمان pro ريسمان *funis.* Praeterea lit. ى vocabulo in longam vocalem ـَا vel ـُو exeunti, ut lubet, addi potest e. g. پا et پاى *pes;* رو et روى *facies;* عصا et عصاى *baculus* (عصا وفارسيان بزيادت يا نيز استعمال كنند وگويند عصاى وبرين قياس در كلمات عربيه ديگر چون كبريا وقضا وحيا Bh. s. v. عصا); accedente autem suffixo vel terminatione quadam haec lit. ى coniungendi causa inseri solet e. g. پايها *pedes;* پائِى *pes unus;* پايش *pes eius;* نيكوئى *bonum;* ابرويش *supercilium eius.* — Si literae ى praecedit vocalis اَ oritur diphthongus اَى *ai* (§ 6).

VOCALES.

27. Pronuntiatio vocalium in diversis Persarum provinciis diversa est. In India auctore Lumsdenio (l. l. t. I p. 6 sqq.) vocales hoc modo pronuntiantur :

ـَ ut angl. *u* in voc. but; ـِ ut angl. *i* in voc. bit; ـُ ut angl. *oo* in voc. book; ـَا ut angl. *au* e. g. مال maul *opes;* diphthongus اَو ut angl. *ow* e. g. كَودُن kowdun *stolidus;* diphthongus اَى ut angl. *y* e. g. مَيل myle *inclinatio.* Praeterea distinguitur inter vocales notas et ignotas ـُو et ـِى (§ 32). Nota enim ـُو pronuntiatur ut angl. *oo* e. g. سُود soode *lucrum* et nota ـِى ut angl. *ee* e. g. پِير peer *senex;* ignota autem ـُو ut angl. *o* e. g. مُور more *formica* et ignota ـِى ut angl. *e* e. g. بِيد bede *salix*, quod tamen discrimen Persae Iraniam incolentes omnino ignorant.

Mirza Mohammed Ibrahîm natione Persa et professoris linguae arabicae et persicae munere in collegio „East-India“

dicto, quod in urbe indica Haileybury floret, fungens in grammatica persica pronuntiationem breviter hoc modo exponit :

a ut angl. *a* in voc. bat; *i* ut angl. *e* in voc. pet; *u* ut angl. *u* in voc. bull; *â* ut angl. *au* in voc. cause seu ut angl. *aw* in voc. paw i. e. ut *â* ad sonum ô inclinans; vocalis ـُو brevis ut germ. *u* in voc. rund; vocalis longa ـُو ut germ. *u* in voc. bruder; voc. ـِی, quae semper longa est, ut germ. *ie* in voc. rief vel *ih* in voc. ihm.

Denique Chodzko natione quidem Polonus sed pronuntiationis in Irania usitatae peritissimus, quippe qui literarum persicarum eruditus per duodecim annos consulis Russici munere fungens in persicis regionibus habitaverit, de hac re in grammatica persica uberius et fusius disputavit. Postquam vocales breves ـَ, ـِ et ـُ vocalibus respondentibus gallicis *e*, *i* et *u* designavit, de pronuntiatione vocalium ـَا, ـُو et ـِی haec praecipit (p. 6. 7 et 8) :

„L'élif long, ا *â*, des Persans marque une articulation prolongée et emphatique qui ressemble au *aô* français dans le mot Saône. Ils n'ont, dans leur langue, aucun son identique avec celui de notre *a*. En général les Persans se plaisent, en parlant, à faire sentir le son prolongé de cette voyelle. Les natifs de la province de Fars, qui passent pour avoir le mieux conservé la tradition de la vraie prononciation des Iraniens, articulent l'élif long comme *oû*. Aussi prononceront-ils نان noûn „*pain*“; بیا beyoû „*viens*“; ماها moûhoû „*ô lune*“, que les personnes de la cour de Téhéran prononcent nân, beyâ et mâhâ. — Le و *ou* ne se prononce jamais comme l'*o* français. Ex. غول ghoûl „*démon du desert*“; پارو pâroû „*rame*“, etc., excepté خوش khoch „*beau*“. Au commencement des mots d'origine persane il est toujours consonne. Dans quelques mots persans et arabes, le و représente la réunion des deux sons *ô* et *ou* dans une diphthongue, analogue à celle

qu'on obtiendrait en prononçant avec vitesse les deux premières syllabes des expressions „*beau ou* laid, *ô ou*blieux!" etc. Il est important de le prononcer distinctement, vu que le rhythme et le sens du mot en dépendent. Exemples :

مُو moû „*cheveu*" et مَو môou „*cep de vigne*"; — رُو roû „*visage*" et رَو rôou „*va*"; — آبرُو âbroû „*honneur*" et آبرَو abrôou „*rigole pour l'écoulement de l'eau*"; — بَدُو bedoû „*pour lui, à lui*" et بَدَو bedôou „*cours*"; — گُرُو gueroû „*si lui, si elle*" et گِرَو guirôou „*gage*", *hypothèque;* — جُو djoû „*ruisseau*", جَو djôou „*de l'orge*" et جُو dju „*cherche*"; — شَو chev, racine aoriste du verbe شدن „*devenir*", شو chôou, imperatif du même verbe, et شو chou, racine aoriste du verbe شستن chùsten „*laver*" etc.

La plupart des monosyllabes arabes en usage chez les Persans changent leur و *ou* en diphthongue *ôou* Exemples :

مَوج môoudj „*flot, vague*"; زَوج zôoudj „*couple*"; قَول qôoul „*parole*"; بَول bôoul „*urine*" etc.

Dans quelques mots d'origine persane, les voyelles longues و et ی, et surtout la première, ne se prononcent pas. Ex. :

سیورسات prononcez soursât et non pas suyoursât „*provisions de bouche*"; خوان khân „*table*"; خواندن khânden „*appeler, réciter a haute voix, lire*"; خواهر khâhèr „*soeur*"; خویش khîch „*parent, proche*"; خویشتن khîchtèn „*soi-même*"; خوار khâr, خوارزم khârezm, noms de deux pays, etc.

Mais dans tous les mots pris de l'arabe, le و suivi d'un ا se prononce Exemples :

خوانین khevânîn, plur. de خان khân; اخوان ekhvân, plur. de اخ akh „*frère*"; خوارج khevâridj „*étrangers*", plur. de خارج khâridj etc.

Les voyelles ـِ *i* bref et ـِی *î* long conservent partout la même prononciation qu'en français."

Haec praecepta sufficiant ad cognoscendam Persarum pronuntiationem, quam tamen, nisi commercium habeas cum ipsis Persis et consuetudine quotidiana cum illis coniunctus sis, minime addisces. Nostrae vero institutiones quum non inserviant sermoni, qualis nunc est, Persarum addiscendo, sed cognatis dialectis comparatis ad severiora artis praecepta conscriptae sint, quo ad literarum potius persicarum monumenta aditus aperiatur, antiquiorem praetulimus pronuntiationem, qualem etiam praebent linguae cognatae, zendica et sanscrita, et dialecti antiquiores persicae.

28. Simplices linguae persicae vocales purae tres sunt *a*, *i* et *u* signis arabicis Fatha ـَ, Kesra ـِ et Dhamma ـُ distinctae, sed persice a scribendi more زبر Zabar *supra*, زیر Zêr *infra* et پیش Pêsch *ante* appellatae, quia vocalium Zabar ـَ *a* et Pêsch ـُ *u* signa supra, vocalis autem Zêr ـِ *i* signum infra consonantem ponitur e. g. initio اَ *a*, اِ *i* et اُ *u*, in medio بَ ba, بِ bi et بُ bu.

De Nunnatione in arabica lingua usitata v. infra § 98.

29. Longae vocales *â*, *î*, *û* ut in arabica scriptura exprimuntur postpositis vocalium literis ا, ی et و, quae vocalibus Zabar *a*, Zêr *i* et Pêsch *u* respondent e. g. initio اا s. آ *â*, اِی *î* et اُو *û*, in medio et fine با bâ, بی bî et بُو bû. Attamen vocalis ـُو etiam anceps est, si lit. و ea de causa addita est, quia voces persicae in consonantes exire debent, ut in tribus voc. تو, دو et چو (§ 24). Praeterea quae longis vocalibus formandis inserviunt literae quiescentes ا, و et ی in poetico inprimis sermone saepe omittuntur, d. q. v. § 6. 24 et 26.

30. Longa vocalis ـَا vocum arabicarum, ut in arabica ita in persica quoque lingua, nonnunquam sono *ê* pronuntiatur,

vergente nimirum sono *a* ad sonum *i*, quod grammatice امالة *inclinatio* dicitur, d. q. plura v. infra § 91.

31. In quibusdam vocibus literae و et ی ea tantum de causa apponuntur, ut pronuntiatio vocalis antecedentis Pêsch et Zêr accuratius definiatur, quae tamen scribendi ratio in lingua turcica usitatior in paucis tantum regionibus persicis reperitur e. g. مغول pro مُغُل, اغلمیش pro اُغلِمش. Verba auctoris grammaticae pers. lexico Raschîdî praefixae (l. l. p. 35 fin.) sunt : در املاء پارسی بعد از ضمه واو نوشتن وبعد از کسره یا در بعضی مواضع است ودر املاء ترکی در اکثر جا بعد از ضمه واو وبعد از کسره یا وبعد از فتح الف نویسند. V. etiam Seven Seas t. VII p. 37, l. 18.

32. Praeter diphthongos أَو *au* et أَی *ai*, quae in arabica quoque lingua reperiuntur, Persarum grammatici duas alias *ô* et *ê* persicae linguae proprias enumerant, quae in dialecto parsica zendicis literis scripta vocalibus ﻬ *ô* et ﻯ *ê* exprimi solent (Sp. Pg. § 10 et 11). Quum autem ad diphthongos illas significandas Arabum scriptura, a qua absunt, signa peculiaria non praeberet, Persae eligebant quidem longarum vocalium *û* et *î* signa ـُو et ـِی, sed nominibus pronuntiationem diversam bene distinxerunt. Appellabant enim diphthongum *ô* Vav persicum (واو فارسی s. واو عجمی) vel Vav ignotum (واو مجهول) et diphthongum *ê* Yâ persicum (یای فارسی s. یای عجمی) vel Yâ ignotum (یای مجهول), quippe quae diphthongi oppositae essent sono illi vocalium longarum *û* et *î* Arabibus noto ob eamque causam Vav arabicum (واو عربی s. واو تازی) vel Vav notum (واو معروف) et Yâ arabicum (یای تازی s. یای عربی) vel Yâ notum (یای معروف) denominato.

Quod tamen discrimen inter vocales longas notas et ignotas Persae Iraniam incolentes omnino ignorant, ut ex praeceptis de pronuntiatione persica, qualia M. Ibrahîm et Chodzko tradunt, (§ 27) plane intelligitur. Docente Trumppio (Zeitschr. d. D.M.G. t. 23 p. 55 not. 1 et p. 68)

praef. مى s. همى et نيست *non est* in Chorâsân semper pronuntiantur m ê s. h a m ê et n ê s t.

33. Diphthongum ـَو sono *ô*, s. ओ, pronuntiandam esse bene probant voces persicae cum sanscritis et antiquioribus persicis comparatae e. g. گو bos, s. गो, z. g â o, phl. גו, in comp. گوسپند *ovis* = z. g a o ç p e ñ t a, phl. גוספנד, pa. g ô ç p e ñ ṭ; گوش *auris*, z. g a o s h a, ap. g a u s a, phl. et pa. g ô s h coll. s. घोष; زور *robur*, z. z â v a r e et z u r a, ap. z u r a, phl. זור coll. זורש, paz. z ô r; دوش *humerus*, s. दोस्; دوش *nox hesterna*, unde دوشين s. دوشينه, s. दोषा; سوگ *luctus* = z. ç a o k a, s. शोक; نيرو *vis, robur*, phl. נירוך, pa. n î r ô coll. Sp. Chr. 65, 5, ubi schol. in Sec. Nam. dicit : نيرو بالكسر وواو مجهول. In legendo autem difficillimum est sonos *ô* et *û* uno eodemque signo ـُو expressos bene inter se discernere, quum discrimen illud praeceptis grammaticis non nitatur, sed ex etymologia et usu pendeat et ipsi Persarum lexicographi de pronuntiatione non semper consentiant. Interdum arabicae quoque vocis vocalem ـُو diphthongi *ô* sono pronuntiandam esse docent Persarum grammatici, ut in voc. غول *daemonis species*, quod C h o d z k o pronuntiat g h o û l (§ 27); cf. etiam Sec. Nam. p. 167 l. 1. 2 schol.

34. Minus autem difficile est diphthongum *ê* a longa vocali *î* eodem signo ـِى denotata discernere, quum haec pronuntiatio si vocabula diphthongo *ê* legenda excipias (§ 35), maximam partem ad terminationem ـِى sit restricta, quae utrum *ê* an *î* pronuntianda sit, praeceptis grammaticis infra exponendis accurate definietur. Praeterea in simili versuum exitu discrimen inter ـِى *î* et ـِى *ê* bene observatur.

35. Multarum etiam vocum mediam vocalem ـِى sono diphthongi *ê* pronuntiandam esse docent lexica persice scripta eaque pronuntiandi ratio comparatione cum lingua sanscrita et dialectis antiquioribus persicis optime confirmatur e. g.

میغ *nubes*, z. maêgha, s. मेघ; دیو *daemon*, z. daêva, phl. דיו, pa. dév, s. देव coll. Lassen ind. Alt. I, 524; میش *ovis*, s. मेष; گیس s. گیسو *cirrus*, s. केश; شیر *leo*, phl. שיר, pa. shér, diversum a شیر *lac*, s. क्षीर.

36. In libris manuscriptis et impressis vocalium signa rarissime sunt apposita. In nostro libro, ut tot signorum concursus evitetur, vocales ـَ *a*, ـَا *â*, ـِی *î* et ـُو *û* raro tantum adscriptae reperiuntur, diphthongi autem *ê* et *ô* apposita vocalis Zêr ـِ et Pêsch ـُ signo hoc modo denotantur: ـِی *ê* et ـُو *ô*.

LEGENDI NOTAE.

37. Praeter vocales Persae arabicas quoque legendi notas Sukûn s. Jezm, Teschdid, Meddam et Hamzam receperunt, quarum tamen alias omittere, alias alio modo adhibere solent.

SUKUN s. JEZM.

38. Vocalis absentis signum arabicum Jezm (جزم) ـْ i. e. *resectio*, quod Persae Sukûn (سکون) *quies* appellare solent, in persicis libris fere semper omittitur. Si autem scribendum est, duarum literarum quiescentium, quae concurrunt, prior, trium, quarum prima semper est lit. quiescens ا, و aut ی, media tantum hac nota insigniri solet, ut مُرْد, گُشْتاسْپ, دُوسْت, نِیسْت. In diphthongis *ai* اَیْ et *au* اَوْ signum Sukûn ad lit. ی et و apponitur. Parsica dialectus zendicis literis scripta legendi nota Sukûn prorsus caret.

TESCHDID.

39. Omnis literae duplicatae, praeter literam ا, signum arabicum Teschdid (تشدید) ـّ, i. e. *corroboratio*, Persae quidem receperunt, sed ut lubet etiam scribere aut omittere possunt, quum non sit primitivum nec in antiquioribus dialectis persicis usitatum (در اصل لغت فرس حرف مشدد [مشدد دریکی

کلمه [al. نیامده وآنچه در اشعار قدما یافته شده از ضرورت شعر است Splieth gr. pers. p. 37). In multis vocibus persicis utraque scribendi ratio usitata est e. g. فرّ et فر; نرّ et نر; خرّد et خرَد; خرّم et خرم; فرّخ et فرخ; دّریدن et دریدن. In fine autem vocis, quae terminatur consonante vocali non affecta hoc signum omittatur necesse est. V. infra § 68.

MEDDA.

40. Medda (مدّه s. مدّ) ~ i. e. *productio*, est duplicandi nota literae ا propria et adhibetur, si initio vocis literam ا vocali *a* pronuntiandam sequitur altera lit. ا quiescens, quae signo Medda cum priore lit. ا in unam coniungitur. Inservit igitur haec nota exprimendae vocali longae initiali آ *â*, pro qua etiam libri impressi et manuscripti duas lit. Elif اا exhibent e. g. praepositio آ verborum persicorum, ut آمدن, آمیختن, آوردن al., respondens z. ... *â*, s. आ, et vocalis longa آ aliarum vocum ut آشتی = z. âkhsti, *pax;* آتش s. آذر = z. âtar, *ignis;* آهار = s. आहार *cibus.*

Nonnunquam codicum exaratores in media quoque voce loco literae ا quiescentis eiectae Meddam scripserunt, ut آگهی pro آگاهی *peritia;* الٓهی pro الاهی *divinus* coll. Pend. 128, 3.

HAMZA.

41. Hamza (همزه) ء i. e. *punctio* in arabica lingua literae ا consonanti vel literis و et ی cum hac lit. ا commutatis apponitur, in persica autem scriptura hoc signo lit. ه finalis occulta (§ 25) insignitur, si vocali *i* est pronuntianda, ut in بندۀ من *servus meus;* جامۀ زرنگار *vestis auro picta* (§ 199 et 217), quae scribendi ratio natura huius literae nititur, quia tenuior est, quam ut vocalem ferre queat (§ 94). Vocalis *i*, quacum lit. ه finalis occulta pronuntianda est, signo Hamzae plerumque

non apponitur, quum alia vocalis hic locum habere non possit e. g. بندهٔ pro بندهٔ.

42. Hamza etiam est nota mere orthographica, quae apponitur literae ی vocali *i* insignitae, si sequitur altera lit. ی quiescens. Scripto autem signo Hamza literae ی puncta diacritica omitti solent, ut آئین, جائی, مئی al.

NUMERORUM SIGNA.

43. Numerorum signa sunt arabica, quae Persae una cum literis arabicis receperunt. Praeterea Persae ad significandos numeros utuntur literis arabicis eodem ordine, qui in Hebraeorum et Aramaeorum alphabeto servatus est, dispositis, quas sequuntur sex aliae literae arabicae, quibus carent Hebraei et Aramaei. Ordinem indicant octo voces technicae: أَبْجَدْ هَوَّزْ حُطِّی كَلَمَنْ سَعْفَصْ قَرَشَتْ ثَخَذْ ضَظَغْ, quibus omnes literae arabicae continentur.

In sequenti tabula hae viginti octo literae in tres columnas ita dispositae sunt, ut prior unitates, altera decades, tertia centurias una cum numerorum signis ob oculos ponat et tabulae finem faciat ultima lit. غ *mille* significans, cui additus est anni numerus 1870, quo aliorum numerorum componendi ratio facilius intelligatur.

1	ا	۱	10	ی	۱۰	100	ق	۱۰۰
2	ب	۲	20	ک	۲۰	200	ر	۲۰۰
3	ج	۳	30	ل	۳۰	300	ش	۳۰۰
4	د	۴	40	م	۴۰	400	ت	۴۰۰
5	ه	۵	50	ن	۵۰	500	ث	۵۰۰
6	و	۶	60	س	۶۰	600	خ	۶۰۰
7	ز	۷	70	ع	۷۰	700	ذ	۷۰۰
8	ح	۸	80	ف	۸۰	800	ض	۸۰۰
9	ط	۹	90	ص	۹۰	900	ظ	۹۰۰
1000	غ	۱۰۰۰				1870	غضع	۱۸۷۰

CONSONANTIUM MUTANDARUM LEGES.

44. Consonantium persicarum ut in lingua zendica et sanscrita quatuor classes distinguendae sunt, quarum prima gutturalium, praeter tenuem 𐬐, क *k* et mediam 𐬔, ग *g*, etiam duas aspiratas 𐬑, ख *kh* et 𐬖, घ *gh* offert, quae in lingua persica usque ad sonum ه et ی procedunt (§ 49, I, *β* et 67, b, *α* et *β*) et ligaturam z. 𐬒 *q* (§ 46, e). Palatalibus 𐬗, च *c*; छ *ch*; 𐬘, ज *j*; झ *jh*, quarum duae aspiratae in dialectis persicis desunt, etiam adiungendi sunt soni ز et ژ linguis iranicis proprii et sibilans س palatali zendicae 𐬱 *ç* respondens, quae tamen etiam literae dentali-palatalis naturam accepit. Dentalium 𐬙, त *t* (ट ṭ); 𐬚, थ *th* (ठ ṭh); 𐬛, द *d* (ड ḍ); 𐬜, ध *dh* (ढ ḍh) duae aspiratae usque ad sonum س, ه et ی progressae sunt (§ 49, II, *β*; 54, f et 67, b, *δ*). Labiales persicae similes sunt zendicis 𐬞 *p*; 𐬟 *f*; 𐬠 *b*; 𐬡 *w* coll. s. प *p*; फ *ph*; ब *b*; भ *bh*. Nasalium varii soni linguae zendicae 𐬥 *n*; 𐬣 ṅ; 𐬢 ṅ; 𐬆 ã (gall. *on*); 𐬅 ãn; 𐬨 *m* et sanscritae ङ ṅ; ञ ñ; ण ṇ; न *n*; ं ṅ; म *m* in lingua persica, praeter م, solo signo ن exprimuntur (§ 23). Liquida *l*, s. ल, quae in lingua zendica et dialecto antiquiore persica deest et alia liquida 𐬭, र *r* suppletur, in recentioribus dialectis pehlevica, parsica et persica usitata est, sed saepe cum *r* permutatur. Semivocales و et ی respondent zendicis 𐬎 (𐬎𐬎), व *v* et 𐬌, 𐬫, 𐬌𐬌 (𐬌𐬌), य *y*. Denique restant sibilantes zend. 𐬱 *ç*; 𐬯 *s*; 𐬴 *sh*; 𐬰 *z*; 𐬲 *zh* et sanscr. श *ç*; ष *sh*; स *s* et aspirata z. 𐬵 *h* et s. ह *h*, quibus in lingua persica praeter س, ش, ز, ژ et ه etiam alias literas respondere statim docebitur.

Quum litera pers. ا et lit. ه occulta peculiaribus mutationibus sint obnoxiae, ceterarum consonantium mutationibus prius accurate perlustratis, separatim de illis agetur.

a. PERMUTATIO.

GUTTURALES.	ک	خ	خو	گ	غ	ه
	k	kh	q	g	gh	h

45. ک est lit. antiquior *k* et respondet z. et s. *k*, *kh* et quidem:

a) init. e. g. کام = z. ap. et s. kâma, phl. כאמך; کرده = z. kereta, ap. karta, s. कृत; کرم = z. kerema, s. कृमि; کم = z. kamna; کمر = z. kamara; کندن = z. kan, coll. ap. kantanaiy K. 21, s. खन्; کوزه = z. khavza.

1) per aphaeresin, ut a) آ vel ا e. g. تش pro آتش *ignis*; درخش pro آدرخش *fulgura*; رزو pro آرزو *desiderium*; رنگ pro آرنگ *color*; زاد pro آزاد *liber*; زخ pro آژخ *verruca*; سمان pro آسمان *coelum*; شناور pro آشناور *natator*; ماس pro آماس *tumor*; مغیلان = امغیلان *spina aegyptiaca*; ناهید = اناهید *Venus*; v. etiam infra 3, d aliam formam ناهي; وام pro آوام s. اوام *aes alienum*; هنگ pro آهنگ *intentio*. Idem valet de Elif prosthetico (§ 78) e. g. ستادن = استادن *stare*; شتافتن = اشتافتن *festinare*; فروختن = افروختن *accendere*; فشاردن = افشاردن *premere*, al.; b) l. گ ante ر e. g. ریوه = گریوه *collis*; ریستن = گریستن *lacrimare* (§ 47, d); c) l. م ante ل in لنجیدن *extrahere*, quum decurtatum sit ex ملنجیدن, quod ortum est ex فرهنجیدن eiecta lit. ه (§ 69, i), ut ملخودن ex فلخودن et مخمیدن ex فخمیدن coll. § 61, c et suppl. lex. nostri s. v.; d) l. ن ante ش in شیب = نشیب *declivitas, inferior pars*; شاندن = نشاندن *facere, ut sedeat*; شستن = نشستن *sedere*. — Huc referenda sunt etiam vocabula abiecta prima syllaba ex aliis detruncata, e. g. مار pro بیمار *aegrotus*, unde مارسان s. مارستان pro بیمارسان s. بیمارستان; نون pro اکنون *nunc*; یالمند pro عیالمند *qui familiam habet* coll. یال = ar. عیال; یان pl. یانات pro ar. هذیان *deliratio, inepte dictum*.

Not. In gram. pers. lexico Raschîdî praefixa (p. 7 ed. Splieth) legitur:

باید دانست که در اول بعض کلمات فرس الف ممدوده نیز آید چنانکه مقصوره بلکه بعضی گفته اند هر الف مقصوره‌را ممدوده خواندن نیز درست است چون آشام وشام بمعنی آشامیده وطعام وقوت وآسام وسام بمعنی آماس وآگنج وگنج بمعنی گنجانیده [al. گنجانده] وآرزو ورزو وآرنگ ورنگ وآکوفت وکوفت وآهنگ وهنگ وآژخ وژخ وآدرخش ودرخش وبقول جمهور درینقسم الفاظ هر لفظی که الف ممدوده دارد لغتی است در لفظی

که الف ندارد وبقول سامانی هر لفظی که الف ندارد مخفف لفظی است که الف دارد ولغتی علی حده نیست واین قول بصحت اقرب است.

2) per syncopen, ut a) lit. ت post lit. vocali destitutam e. g. کِشمان = کشتمان *ager consitus*; b) l. د post vocalem longam e. g. دروگر = درودگر *faber lignarius*; مار = مادر *mater*; بُوا pro بُوادا = بادا *esto, sit* B (§ 156, I not. 2); c) l. ر coll. § 62, b, e. g. اژدها = ازدرها; پرتو = پتو, s. प्रताप; مازدر = مارازدر; هرزمان pro هرزمان *omni tempore*; et cum sequenti nasali (§ 65, b) e. g. بج = برنج s. گُرنج, z. berejya, s. व्रीहि; d) l. ك et گ e. g. شوب = شُکوب *mantile*; ار = اگر *si*; بسلانیدن = بِگسِلانیدن *facere, ut frangat*, et fortasse etiam خ, quum پاشیدن *spargere* ex پشاخیدن vocali simul producta ortum videatur (§ 47, d); e) l. ل ante م e. g. خِم = خِلم *mucus narium*, unde verb. den. خمیدن i. q. خلمیدن et ante خ e. g. فخمیدن = فلخمیدن *carminare*; f) l. م e. g. خیدن pro خمیدن *incurvari*; g) l. ن post vocalem (§ 65, c) e. g. زاسْتر pro زانْستر = زان سوتر *ulterior*; چیدن *colligere* pro چنیدن, phl. נִּינִיהַנְ, et longa vocali compensatur e. g. لوکیدن = لنکیدن; غرنبیدن = غریویدن; h) l. و vocali praedita post consonantem quiescentem vel vocali praeditam e. g. پریزن pro پروْیزن *cribrum*; بزشم pro بُزوشم *lana caprina*; جلیز pro جَلْویز (جلبیز) *laqueus*; تانم, تاند et تانست pro تُوانم *possum*, تُواند *potest* et تُوانست *potuit*; باد pro بُواد *sit*; eodem modo راندن *pellere* ortum est ex رَواندن et شاندن *pectere* ex شَواندن, d. q. v. suppl. lex. nostri s. v.; et l. و vocali destituta post vocalem e. g. ناخدا pro ناوْخدا *navarchus*; et l. و diphthongi اَوْ vocali praecedenti *a* simul cum *u* permutata e. g. گُهر pro گَوهَر *gemma*; i) l. ه vocali praedita vel quiescens post vocalem aut consonantem

vocali destitutam e. g. چار = چهار *quatuor*; کندز pro کُهَن دز *arx antiqua*; مَرم pro مَرْهَم *emplastrum* coll. دِرَم ex دِرْهَم *drachma*; گاواره pro گاهْواره *cunae*; سدیگر pro سِهْدیگر *tertius*; اَلَموت nom. arcis ex اَلُه آموت i. q. *aquilae nidus*; آنستی pro آنْ هَستی Gul. 125, 4; شنیدستی pro شنیده هستی; fortasse etiam huc pertinet مَلَنجیدن pro مَلَهَنجیدن et آختن pro آهَختن, d. q. v. suppl. lex. nostri s. v.; k) l. ی vocali praedita post vocalem (§ 80 et not.) e. g. انداشگر pro اندایشگر *tector*; فرسَد pro فرساید *atterit*; گُوَد pro گُوید *loquitur*; کوستن s. کُستن pro کُویستن *percutere*; ماشوب pro مَیاشوب *ne turbes*; ماور pro مَیاور *ne afferas*; نارد pro نَیارد *non potest*; نَرزد pro نَیَرزد *non valet*; نوش pro نِیُوش *audi*; نوشین pro نِیُوشین *quod audiri potest*; نوشیدن pro نِیُوشیدن *audire*; نوفتم et نوفتی pro نَیوفتم *non cado* et نَیوفتی *non cadis*. Eodem modo زنده *vivens, vivus* ex زِیَنده ortum videtur.

3) per apocopen, ut a) l. ب post vocalem longam, e. g. آسیا = آسیاب *mola*; آشو = آشوب *perturbatio, tumultus*; b) l. ت post literam vocali destitutam, e. g. غرّش = غرّشْت *clamor terribilis*; غوش = غوشْت *prorsus nudus*; فرامش = فرامشْت *oblivio* coll. z. framarsta, pa. frâmôst; کرخ = کرخْت *torpens*; cf. etiam ar. طاس *scutella* ex طست s. طشت, p. تشت = phl. תשת, תאשת et ar. فهرس *index* ex p. فهرست ortum; c) l. خ post vocalem longam, e. g. زرنی = زرنیخ (ar. زرنیق) *arsenicum*; d) l. د post vocalem longam e. g. شا = شاد *laetus*, unde شاباش = شادباش; استا = استاد *doctor*; خشنو = خشنود *contentus* coll. z. khshnûta; سو = سود *lucrum*, unde سوزیان pro سودزیان; فرو = فرود *infra*; سپی = سپید

albus coll. z. çpaêta, s. श्वेत; ناهيد = اناهيد *Venus* coll. z. anâhita; et post lit. vocali praeditam e. g. بُو pro بُـوَد B.; e) l. ر post vocalem e. g. است = استر *mulus* coll. s. अश्वतर; ماد = مادر *mater*, unde مادندر pro مادرندر *noverca*; f) l. ك post vocalem longam, e. g. اژدها = اژدهاك *serpens magnus*; g) l. ل post vocalem, e. g. شش = شَشَل *pecunia lusoria*; گسى = گسيل *dimissio*; h) l. م post lit. vocali praeditam, e. g. بُو = بُوم; i) l. ن post vocalem (§ 65, c), e. g. زمى = زمين *terra*; نشيم = نشيمن *nidus*; چو = چون *quum*; k) l. و post vocalem longam *â* e. g. كژگا = كژگاو *bos grunniens*; l) l. ه post vocalem longam *â*, coll. schol. ad Sec. Nam. in Spieg. Chr. p. 53, l. 12 sqq., e. g. شا et پادشا = شاه et پادشاه *rex*; ديبا = ديباه *pannus sericus*; كلا = كلاه *diadema*; گوا = گواه *testis*; گيا = گياه *herba*. Praeterea lit. ه occulta saepe abiicitur, d. q. v. § 94, 96 et 127, c et in compositione e. g. سديگر = سه ديگر *tertius*.

d. LITERARUM TRANSPOSITIO.

70. Multae voces persicae ex dialectis antiquioribus literis transpositis ortae sunt, ut أُرْس *lacrimae* = z. açru, s. अश्रु s. अस्र; برف *nix* = z. vafra; چرخ *rota* = z. cakhra, s. चक्र; ژرف *profundus* = z. jafra, phl. זופר coll. ژرفا = phl. זנפאי; سُرخ *ruber* = z. çukhra, s. शुक्र; گُرز s. گُرزه *clava* = z. vazra; مغز *cerebrum* = z. mazga, phl. מזג; اكنون *nunc* = phl. הנכון s. אנכון. — Interdum etiam forma primitiva una cum transposita in usu est e. g. كران i. q. كنار *latus* = z. kanara, phl. כנאר; اروند nom. montis, phl. ארונד, z. aurvañt = اورند s. افرند, unde افرنديدن; هكرز *unquam*, phl. אכרז = هرگز. Praeterea perfrequens est haec mutatio non solum in lingua zendica, d. q. v. Justi Handb. d. Zendspr. p. 364, § 101, sed etiam in lingua persica, in qua inprimis liquidae

ر et ل, nasalis ن et sibilantes س et ش transponi solent, e. g. پیلگوش = پیلغوش et پیغلوش; گرزدن = گرردن; وشرك = ورشک; coll. فلنجیدن; مخلج = ملخج; فتخلمه = فلخمه; فتیله = فلیته; ترنک = تپنک coll. تنپک; abiecta l. ا; الفنجیدن = غنودن pro غوندن a z. qafna (§ 48, a); گردن بند pro گرد بندن *monile*; آخمسه = آخسمه; کرسب s. کرسف = کرفس; چسپیدن = خسپیدن a r. z. qafç; چمش et چپسیدن = خپسیدن; شپوختن s. شپیختن = پشخیدن; چشمه et چشمر = چمشه = r. s. स्पर्श्, s. स्पृश्; شخائیدن et خشودن = خشائیدن et شخودن = r. z. skâ.

MUTATIO LITERAE ا.

71. Lit. ا initialis aut **necessaria** est aut **supervacanea**.

a) **Necessaria** dicitur lit. ا, si est vera et integra vocabuli pars, quae minime abesse potest, nec mutationibus est obnoxia, ut in voc. انجام *finis*, اندام *corpus* al. In aliquot voc. permutata est cum lit. ی e. g. ارمغان = یرمغان *donum*; یکدش = اکدش *nothus*.

b) **Supervacanea** autem est lit. ا, si vocabulum idem manet eiusque significatio non immutatur, licet litera ا scripta sit vel omissa vel permutata. Talis Elif in initio vocis dissyllabae semper vocali *a* pronuntiatur e. g. آبَر = بَر; آبا = با, آبِی = بِی; in aliis autem vocibus lit. ا initialis, quam semper sequitur litera vocali destituta, eadem vocali pronuntiatur, qua pracdita est sequens litera, si abest lit. ا, e. g. اَسْمندر = سَمندر; اِشْگرف = شِگرف; اِشْکم = شِکم; اِسْتم = سِتم; اُشْتلم = شُتلم; اُشْتر = شُتر.

Lit. ا supervacanea **particulis**, **nominibus**, **verbis** praefixa sequentibus mutationibus est obnoxia :

72. Particularum litera ا supervacanea modo abiicitur modo retinetur. Tales sunt :

a) praepositiones أبا *cum*, أبر *super* et أبى *sine*, quae in antiquiorum maxime poetarum carminibus leguntur, in oratione autem pedestri literam Elif semper abiiciunt et scribuntur با, بر et بى; porro praepositio أز, cuius posterior lit. ز, abiecta priori l. ا, vocalem *i* accipit, quae tamen in compositione saepe cum alia vocali permutatur (§§ 77. 81).

b) coniunctio أگر *si*, quae saepissime quidem in sermone poetico literam ا abiicit, sed haud raro in soluta quoque oratione eadem forma گر usitata est.

c) pauca adverbia ut أكنون poet. كُنُون et نـون *nunc*, *modo*, ايـدون *nunc*, in compos. ـيـدون, abiecta lit. ا, ut هميدون *statim* al.

73. Substantiva et nomina propria, quorum primam literam ا vocali insignitam sequitur consonans vocali destituta, ut أَسْتر *mulus*, أُسْتُخوان *os*, اِشْكم *venter*, أَفْريدون *Farîdûn*, أَپْرويز *Parwîz* al., hanc literam ا saepe abiiciunt, eiusque vocalis ad sequentem consonantem transit, ut oriantur formae سَتر, سُتُخوان, شِكم, فَريدون, پَرْويز. Raro alia vocalis reperitur, ut in ستير coll. phl. סתיר = أستير *numus quidam.*

74. Pronomina personalia 3. pers. sg. أُو s. أُوى et pl. ايشان et demonstrativa اين *hic* et آن *ille* si cum praepositionibus vel particulis, quae in consonantem vocali destitutam exeunt, ut أز *ex*, بـر *super*, دَر *in* al., coniunguntur, lit. ا simplex et geminatae آ prior abiici eiusque vocalis ad consonantem praecedentem transire solet e. g. دَرُو, بَرِيشان, دَرِين, دَرَان, چُنِين, چُونُو coll. Lumsden a Gramm. t. II. p. 502.

75. Si praepositiones از, بر et در cum pron. این et آن non coniunguntur, vocalis tamen literae ا ad consonantem praecedentem vocali destitutam transire solet e. g. از این, ازَ ان et بر این, برَ ان et در این, درَ ان; sed dicere etiam licet ازْ این, ازْ آن et برْ این, برْ آن et درْ این, درْ آن docente lex. Bh. auctore: هرگاه کلمه از یا بر یا در با لفظ این یا آن مقارن نشود حرکت ما قبل این الف خود شایع است وسکونش جایز.

76. Si praefigitur praepositio بِ pro به separab., lit. ا aut remanet aut, quod usitatius est, eius loco lit. د euphonica, vocali literae ا insignita, inseritur, ut dicant بَاو s. بَاوی, بَایشان, بَاین, بَـآن et بَدو s. بَدوی, بَدیشان, بَدین, بَدان.

Not. Pro بدان in libris manuscriptis et impressis legitur etiam بدآن, quod rectum esse haud affirmaverim, quum lit. د literae ا locum obtineat et, si duae literae ا adsunt, una tantum remanere possit. Eadem de causa scribendum est دران et بران non درآن et برآن, ut iidem libri interdum exhibent, quum secundum regulam (§ 74) una lit. ا abiicienda sit.

77. Si praefigitur litera vocali *i* insignita, ut praepositio زِ *ex* pro ازِ, pronomen relat. کِ pro که al., lit. ا pronominum, quae ab ipsa vocali *i* incipiunt, una cum hac vocali abiicitur e. g. زیشان pro زِایشان, کِین pro کِاین. Si autem pronomina ab alia vocali quam *i* incipiunt, litera ا simplex et geminatae آ prior abiicitur eiusque vocalis ad literam praefixam transit, cuius vocalis simul eliditur, e. g. زُو pro زِاو; زَان pro زِآن; کُو pro کِاو; کَان pro کِآن.

78. Verba, quae huc pertinent, a lit. ا simplici vocali insignita incipiunt, quam sequitur consonans vocali destituta aut alia lit. ا scriptura expressa vel duplicandi signo Medda

cum priori ا contracta (§ 40), e. g. اِسْتادن s. اِيسْتادن (Gul. 135, 21) *stare*, اُفْتادن s. اُوفْتادن (Gul. 148, 12) *cadere*, اَفْروختن *accendere*, اَفْزودن *augere*, آمَدن s. اَامدن *venire*, آوَردن s. اَاوَردن *afferre* al.

79. Talium verborum praeter ea, quae a lit. Elif geminata اَا s. آ incipiunt, lit. ا simplex saepe abiicitur et sequens consonans vocali destituta aut eadem literae ا vocali aut alia quadam insignitur; ita e. g. pro اِستادن, اُفتادن, اَفروختن et اَفزودن dicitur سِتادن, فُتادن vel فِتادن, فُروختن et فِزودن. Saepissime tamen in poetico sermone haec verborum forma reperitur. Cf. § 123, *δ*.

80. Accedente verbi augmento بِ aut particula negativa مَ vel نَ, lit. ا simplex et geminatae اَا s. آ prior semper in ىَ convertitur, altera lit. ا immutata remanente (§ 124, a et 125), ut بِيَسْتند, بِيَفْتند, نَيَفْروخت, نَيَامد, مَيَاور et مَيَفْزا pro بِاستند, بِاُفتند, نَاَفْروخت, نَآمد, مَآور et مَاَفْزا. — Eadem syllabae آ mutatio in يا etiam in nominibus compositis usitata est, si prius membrum in vocalem *i* exit e. g. in آسياب *mola*, quod ex آسِ آب ortum dicunt Persarum grammatici coll. lex. B. auctoris interpretatione in lex. nostro s. v. آسياب allata.

Not. Haud raro metri potissimum causa haec lit. ى per syncopen eliditur, ut dicant e. g. مَنديش pro مَيَنديش *ne cogites*; نَرزد pro نَيَرزد *non valet*; نوفتم pro نَيُوفتم *non cado*; نامد et نايد pro نَيامد et نَيايد *non venit*; ماساى pro مَياساى *ne quiescas*; مالاى pro ميالاى *ne inquines* (§ 69, 2, k) coll. Fragm. p. 23, vs. 14; Soohr. p. 180, vs. 5; Schahn. ed. Mohl t. I p. 28, l. 11. p. 158, l. 13; Chr. Sch. p. 50, vs. 300. — Rarius in oratione pedestri reperitur e. g. Fl. Ali's Spr. p. 45, l. 17, ubi نايد pro نيايد et schol. ad Sec.

Nam. p. 8, l. 16, ubi نامده pro نَیامده. En verba auctoris grammaticae pers. lexico Raschîdî praefixae ed. Splieth p. 36 : فائده ۞ هرگاه بر اول لغتی که مصدر با الف باشد بای زائده ومیم نهی ونون نفی در آرند الفرا بیا بدل کنند چون بیفراخت ومیفراز ونیفروخت وگاهی (بجهت ضرورت شعر .B) این الفرا حذف کنند چون بفکن ومفکن ونندوخت وچون بر سر الف ممدوده ازین سه حرف در آید که در حقیقت دو الف است الف اول بیا بدل کنند وحذف نکنند چون بیاراست ومیازما ونیازمود ۞ همچنین کلمهٔ دیگر که بر الف ممدوده در آید بیا بدل کنند چون آسیاب که در اصل آس آب بود.

81. Si autem alia lit. vocali *i* insignita praefigitur, ut praepositio زِ *ex*, pronomen کِه *qui*, haec vocalis cum vocali *a* permutatur, in qua ipsa litera ا simplex vel geminata آ, omisso tamen signo Medda, quiescat e. g. زَافْکندن pro زِاَفْکندن ; کَامد pro کِآمد ; کَافریدی pro کِآفریدی.

82. Verbi substantivi tres personae sing. et plur. اَم *sum*, اِی *es*, اَست *est*, اِیم *sumus*, اِید *estis* et اَند *sunt* cum praecedenti vocabulo saepissime in unam vocem coalescunt, et litera ا hunc in modum permutatur :

83. Praecedente consonante vocali destituta, praeter litt. ا, و, ی et ه occultam, lit. ا abiicitur eiusque vocalis ad hanc consonantem transit. Ita e. g. nomen پیرْ *senex* cum verbi substantivi personis coniunctum pronuntiatur : پیرَم, پیرِی, پیرَست, پیرِیم, پیرِید, پیرَند.

Not. In codicibus manuscriptis et libris impressis haec regula non semper est observata, quod interdum metri quoque ratione habita aut euphoniae causa factum esse videtur, ne literae durae concurrant. Quod fieri solet inprimis, si praecedit l. س, ne duae س concurrant

e. g. بس است Fl. Ali's Spr. p. 37, l. 1; کس است ibid. p. 43, l. 15 et post alias literas ut ب, د, ر, ل et ن, d. q. v. Fl. Ali's Spr. in indice pers. s. v. است.

84. Praecedente vocali ا‍ـَ *á*, quae etiam pro ـَى (الف مقصورة) scribitur (§ 30), aut ـُو *ú, ó*, personarum verbi substantivi lit. ا in l. ى convertitur, quae etiam vocali literae ا pronuntiatur. Exempla sint بينا *videns* et خوش‌ابرو *pulcris palpebris praeditus* cum verbo substantivo coniuncta :

خوش‌ابروئيم	خوش‌ابرويَم	بيناٸيم	بينايَم
خوش‌ابروئيد	خوش‌ابروئى	بيناٸيد	بيناٸى
خوش‌ابرويَند	خوش‌ابرويَست	بينايَند	بينايَست

85. Attamen 3. pers. sing. است, abiecta lit. ا, saepius cum praecedenti quoque vocabulo contrahitur, ut dicatur بيناست et خوش‌ابروست et اُوست pro اُو است; دَرُوست pro دَرُو است; تُست s. تُوست et كه اُو است = كُو است pro كُوست; تُو است cf. Gul. 119, 10. 134, 11. 136, 18. Schahn. ed. Mohl t. I p. 16, l. 2. Pronuntiatio eadem manet, si است a voc. praecedenti separatur e. g. مصطفَى است pro مصطفاست Pend. p. 100, vs. 1; كجا است pro كجاست Soohr. p. 194, vs. 1; cf. Schahn. ed. Mohl t. I p. 68, l. 1.

Interdum metri potissimum causa است et اند separatim scribuntur et pronuntiantur, ut پيش تُو اَست *coram te est* Chr. Sch. 75, 62; برادران تُـو اَند *fratres tui sunt* Fl. Ali's Spr. p. 9, l. 10 et 11.

86. Praecedente vocali ـِى *í, ê* (§§ 29. 32) personarum verbi substantivi litera ا abiicitur eiusque vocalis ad literam ى transit. Exemplum sit چينى *Sinensis* cum verbo substantivo coniunctum :

چینئیم	چینیم
چینئید	چینئی
چینیند	چینیست

Interdum tamen voces in scribendo separantur, ita ut dicatur e. g. قومی اند Gul. 67, 15; پرهیزگاری است et جوانمردی است Fl. Ali's Spr. p. 19, 7. 8.

87. Saepe etiam in 3 pers. sing. contrahitur, si praecedit voc. ی-, ut dicendum sit چینیست; cf. باقیست Gul. 136, 15; آدمیست Pend. 272, 17; aut contractio pronuntiando tantum indicatur, verbo substantivo integre et separatim scripto e. g. یکی است quod legendum est یکیست Sec. Nam. 7, 16. cf. 6, ult. Pend. 299, 20 et 21. — Denique terminatio ی- interdum a voce, ad quam pertinet, avellitur et cum است in ایست coalescit, ut آزاد ایست pro آزادیست pro آزادی است Stickel sent. Ali p. 27, 4; cf. p. 28, 1. p. 32, 7.

88. Praecedente lit. ه occulta verbum substantivum immutatum manet excepta 2 ps. sing. اِی, quae etiam solo signo ء exprimi potest e. g. بودَه اَم *fui*, بودَه اِی s. بودَهٔ, بودَه اَست etc. coll. داده انـد Fl. Ali's Spr. p. 5, 10. Ita quoque dicitur چه اَم et کِه اَم Pend. 180, 20 et 21.

Not. 1. In poetico tamen sermone saepe 3. ps. sing. اَست cum verbo praecedenti, litt. ا et ه elisis, in unam vocem coalescit, ut dicant بودَست pro بوده اَست Fl. Ali's Spr. p. 43, 12. Cf. نوشتَست pro نوشته اَست Gul. 77, 16. 83, 18; زندَست pro زنده است Schahn. ed. Mohl t. I p. 80, 11; آمدَست pro آمده است Chr. Sch. 53, vs. 343; کردَست pro کرده است Gul. 2, 18 al.

Not. 2. Raro lit. ا verbi substantivi retinetur, ut نشست, آمد اَست, گرفت اَست, اَست Soohr. p. 186, vs. 8. p. 190, vs. 2. Sec. Nam. 79, 10.

89. Immutatum quoque manet verbum substantivum, si lit. ه occulta signo ء, quod terminationis اِی locum tenet, est insignita.

Interdum tamen, ut in terminatione ـِی (§ 87), signum ء a voce, ad quam pertinet, avellitur et cum sequenti است in ایست coalescit ut طایفه ایست pro طایفهٔ است Gul. 159, 5, quae est lectio ed. Taur. Scribitur etiam ستارهٔ ایست Sec. Nam. 85, 14. schol.; میوهٔ ایست ibid. 87, 10 schol.

90. Si verbo substantivo vox inseparabilis, quae in vocalem brevem exit, praefigenda est, eiusdem verbi litera ا in ی convertitur. Tales voces sunt particula negativa نَ *non* et pronomina rel. et interrog. کِ et چِ a forma separabili نَه, کِه et چِه derivatae, quae cum verbo subst. hunc in modum coniunguntur:

نَیَند	نَیِید	نَیِیم	نیست	نَیِی	نَیَم
کِیَند	کِیِید	کِیِیم	کیست	کِیِی	کِیَم
چِیَند	چِیِید	چِیِیم	چیست	چِیِی	چِیَم

Not. 1. Quum 2 ps. sing. اِی solo quoque signo ء exprimatur, adhibita forma separabili نه، که et چه، loco نَیِی، کِیِی et چِیِی etiam نَهٔ، کهٔ et چهٔ scribi potest; vid. Sec. Nam. 117, 4.

Not. 2. Tertiae personae sing. forma نیست et کیست et چیست per contractionem orta est ex نَیَست et کِیَست et چِیَست et vocalis *i* formae نیست niti videtur forma primitiva نِ particulae negativae (§ 125).

Not. 3. Praeter 3 personam چیست ceterae raro cum pronomine چه coniunctae reperiuntur.

91. Lit. ا media vocum arabicarum, vocalem praecedentem *a* producens, si ad sonum literae ی inclinans ut *ê* pronuntianda est, quod grammatice اماله dicitur (§ 30), a Persarum poetis

re vera in literam ى praecedente vocali Zêr mutatur, ut sit diphthongus ىِـ = *ê* seu یای مجهول e. g. ركيب pro ركاب rikêb *stapia*, كتيب pro كتاب kitêb *liber*, عتيب pro عتاب ʾitêb *reprehensio*, ليكن pro لاكن lêkin *sed*. Alia exempla sunt حسيب = حساب ; حويلى = حوالى ; سليح = سلاح ; مهميز = مهماز ; نهيب = نهاب. Vid. de Sacy Gr. ar. I § 81. Caussin de Perceval Gr. ar. vulg. p. 1 et 2. Lumsden a. Gr. t. I p. 135. Seven Seas t. VII p. 9 fin. coll. Sec. Nam. p. 8, l. 5 schol. : مزيج امالهٔ مزاج وامالہ در اصطلاح تبديل الف بياى مجهول بود چون كتاب وكتيب وركاب وركيب ; cf. etiam ibid. p. 65, l. 14 sqq. — Eadem vocalis اَ mutatio in persicis vocibus usitata est, quum dicant آيبد pro آباد , آزير pro آزار, al. ut docet auctor grammaticae pers. lexico Raschîdî praefixae (l. l. p. 50), cuius integra disputatio de اماله haec est : بدانكه اماله در لغت فرس بسيار است چه در الفاظ فارسى وچه در الفاظ كه از لغت تازى در كلام خود استعمال كرده اند از جملهٔ اسماء حروف تهجى است كه در آخر آنها الف است چون بى وتى وغير آن واعتميد وركيب وعتيب واقبيل وازين بابست آزير بمعنى آزار كه با شير قافيه كرده اند وآيبد بمعنى آباد كه با خورشيد قافيه كرده اند وازين قبيل است اميمى امالهٔ امامى كه شيخ سعدى عليه الرحمه در ترجيح امامى بر مجد همكر با سيه كليمى قافيه نموده وارباب صناعت قافيه درين باب تخطيهٔ شيخ كرده اند وشمس فخرى اصفهانى در معيار جمالى در مقام عذر گوئى بلبلس عيب جوئى ميگويد كه با بزرگى مثل شيخ بدينقدر مضايقت نتوان كرد وليكن درين باب نسبت خطا بآن بزرگ خطائى است بزرگ چه شعراى متقدمين فرس امثال اين قوافى در اشعار خويش آورده اند وظاهر است كه هيچ فرق ميان اقبال واقبيل واعتماد واعتميد وامامى واميمى نيست ومولوى روم نيز در مثنوى اميم قافيه ونيم نموده ليكن در قافيه اميمى با سيه كليمى تهجى ديگر است چه ياى اميمى از اصل كلمه است وياى سيه كليمى از اصل كلمه نيست واين از

عیوب قافیه شمرده اند ولهذا حکیم انوری در منادی ومبادی با رادی ودادی عذر خواسته وحق آنست که در کتابت الف باید منظور داشت ودر تلفظ یا وبعضی در کتابت نیز یارا اعتبار کنند موافق تلفظ.

Lit. ا finalis haud immutatur.

MUTATIO LITERAE ه OCCULTAE.

92. Lit. ه finalis praecedenti vocali brevi *a* tanquam sustinendae addita, quoniam vox persica in consonantem vocali destitutam exeat necesse est, appellatur occulta (§ 25) eique respondere solet in lingua zendica vocalis *a* (*e*) vel *â* ut in lingua sanscrita et in dialectis cognatis antiquiore persica et parsica, in dialecto pehlevica autem syllaba ךְ e. g. سایه *umbra* = s. छाया; گونه *color* = z. gaona, pa. gûna, s. गुण; ستاره *stella* = z. çtare, pa. ctâra, phl. סתארך coll. s. तारा pro स्तारा; چهره *facies* = z. cithra, s. चित्र, phl. גיהרך; میوه *fructus* = pa. mîwa, phl. מיוך; کده s. گده *domus* = z. kata, phl. כתך; خانه *domus* = phl. חאנך; تشنه *sitiens* coll. s. तृष्णा; زاده *natus* = z. zâta, s. जात; کرده *factus* = z. kereta, ap. karta, s. कृत; بسته *ligatus* = z. et ap. baçta, phl. בסתך.

93. Rarius literae ه occultae vocalis brevis *i* praecedit, ut in pron. rel. et interrog. که et چه (§ 25).

94. Quum igitur lit. ه occulta fulciendae tantum vocali finali inserviat, inter vocalem et consonantem quasi medium tenere et cum spiritu leni comparanda esse videtur. Inde sequitur etiam, hanc literam ob lenissimam suam naturam vocalem ferre non posse et

a) accedente genitivi nota *i* signum ء esse apponendum, quo haec vocalis pronuntiari possit (§ 199), ut بندۀ من *servus meus* pro بنده من;

b) accedente suffixo ـی aut pluralis terminatione ـان literam گ euphonicam esse inserendam, quae vocalem recipiat, litera ه vel scripta vel omissa (§ 190); e. g. بندهگی s. بندگی *servitus*, بندهگان s. بندگان *servi* a بنده *servus*. — Attamen legitur پیشینهئی pro پیشینگی in hoc vs.: بدارا جهان گنج وزر می سپرد ۞ بران عهد پیشینهیی می فشرد Sec. Nam. p. 157, l. 14. Docente autem lex. Bh. auctore in quibusdam vocibus suff. ـی solo signo ء apposito exprimitur, quod pronuntiandum est ای e. g. چهرۀ = چهرهای (بهمزه و تحتانی رسیده در تلفظ نه در رسم خط Bh. s. v. چهرۀ). Tales sunt پستۀ i. q. پستهگون *coloris pistacii*; چهرۀ *roseus*; سرمۀ i. q. سرمهگون *coloris collyrii*; فاختۀ i. q. فاختهگون *palumbis torquati colorem habens*; نقرۀ *argenteus*. Alia scribendi ratio ئی, quae in Hindûstân usitata est, minus probatur, ut e. g. pro پستۀ, چهرۀ, سرمۀ, فاختۀ et نقرۀ scribendum sit پستئی, چهرئی, سرمئی, فاختئی et نقرئی;

c) accedente pron. suff. ـَم vel ـَت vel ـَش literam ا inseri, qua suffixi vocalis *a* pronuntietur (§ 246), ut بندهاَم, بندهاَت, بندهاَش *servus meus, tuus, suus*;

d) accedente denique pluralis terminatione ها literam ه occultam prorsus abiici (§ 190), ut جامه *vestis* pl. جامها.

95. In 2 ps. sing. Perfecti loco verbi auxiliaris ای *es* frequentissime signum ء literae praecedenti ه appositum scribitur, ut گفتۀ pro گفته ای *dixisti*.

Not. Per licentiam poeticam hoc signum ء literae ه appositum etiam abesse potest, ut in hoc hemist.: زدانش قلم رانده بر لوح خاك, in quo رانده pro راندۀ positum esse bene annotavit scholiasta ad Sec. Nam. p. 2, l. 12, quum dicat: رانده با هاى مخفى است وياى خطاب ازو محذوف گشته زيراكه از اواخر الفاظيكه هاى مخفى

— .داشته باشد در بعض جاها یای مذکور حذف می سازند
In parsica dialecto 2 ps. sing. huius temporis solo participio praeteriti exprimi solet (Sp. Pg. § 81 not.).

96. Denique lit. ه occulta una cum vocali praecedenti *a* saepe abiicitur, ut dici possit آستانه et آستان *limen*, بنه et بن *fundus*, پیشینه et پیشین *antiquus*, تخمه et تخم *semen*, چاره et چار *remedium*, کینه et کین *odium*, نیمه et نیم *dimidium*, آنک et هرچ poet. pro آنکه et هرچه al. Cf. etiam § 127, c.

DE ARABICIS VOCIBUS ET FORMIS IN PERSICA LINGUA MUTATIS.

97. Persae in scribendis vocibus arabicis, quas Firdûsî et eiusdem aetatis scriptores antiquiores summopere evitare studuerunt, recentiores autem ut lubet sermoni intexere solent, non semper arabicam scribendi rationem sequuntur. Praeterea multarum vocum arabicarum significationes etiam immutarunt et, quae substantiva sunt nomina arabica, saepe ut adiectiva usurpant.

98. Ac primum quidem vocales ut in persicis ita in arabicis quoque vocibus omitti solent. Idem valet de signo vocalium duplicato, quod تنوین *nunnatio* appellatur, nisi excipias accusativi absoluti vel adverbialiter positi signum ـًا, quod ut lubet servari, aut in ـا mutari potest, ut dicant e. g. اتّفاقًا et اتفاقا *fortuito.*

99. Saepe autem vocales aut cum aliis permutantur aut prorsus reiiciuntur aut novae adduntur.

I. Permutantur vocales:

a) Zêr et Zabar in forma arabica فاعِل, quae فاعَل pronuntiatur e. g. کافَر pro کافِر; حاتَم pro حاتِم; ایمَن pro ایمِن = ar. آمِن (§ 30 et 91);

b) Zabar et Pêsch e. g. عُفو pro ar. عَفو; هُوس pro ar. هَوَس; صُندوق pro ar. صَندوق; فَلان pro ar. فُلان;

c) vocalis longa cum respondenti brevi e. g. مَدَر pro ar. مَدار; فُقّع pro ar. فُقّاع, quod persice etiam فُقاع sine Teschdîd pronuntiatur;

d) diphthongus أَيْ cum إِي (*ê*) e. g. in interiectione إِي pro ar. أَيْ, de qua lex. Bh. auctor dicit : أَى حرف نداست در عربى بالفتح ودر فارسى وهندى عوام بياى مجهول واين از توافق لسانين بود اما در هندى كتابى ﻫ بهاى هوز است. Huc pertinet etiam

e) mutatio vocalis ـَا vocum arabicarum ut *ê* pronuntiandae in إِي *ê*, quae إِمالَه dicitur, d. q. plura v. § 30 et 91;

f) terminatio nominum arabicorum ـٍ pro ـًى, quae persice scribitur ـِى e. g. مُتَّقِى pro ar. مُتَّقٍ. — In nominibus autem actionis formae V et VI verborum tert. rad. و vel ى terminatio ـِى in ـَا mutari potest e. g. تَرَجّا pro ar. تَرَجّى nom. act. formae V verbi رجا *speravit*; تماشا pro ar. تماشّى nom. act. formae VI verbi مشى *ivit*;

g) terminatio arabica ـَى *â*, quam Persae saepe etiam sono diphthongi *ê* (ياى مجهول) pronuntiant, vocali nimirum ـَ cum ـِ permutata, si cum voce in ـِى *ê* exeunte similem exitum habet. Ita e. g. in versu poetae جامى (Jos. et Sul. ed. Rosenzweig p. 17, vs. 9) :

زرويش روى خويش آراست ليلى ✿ بهر مويش زمجنون خاست ميلى

„Illius facie suam faciem adornavit Lailâ; quemlibet capillum illius arripiendi desiderio affectus est Majnûn.“

legendum est ليلى Lailê, non vero ليلَى Lailâ, quum in eundem sonum cum sequenti مَيلِى mailê exeat necesse sit.

Aliae eiusdem generis voces sunt معى *sensus*, اولى *melior*, موسى *Moses*, عيسى *Jesus* al.

II. Reiiciuntur vocales:

a) breves et longae e. g. هَذْيان pro ar. هَذَيان; ارْنى pro ar. ارِنى *ostende mihi*; عمْران pro ar. عُمَران *loci culti*; غرْق pro ar. غَرَق *submersio*; تَجْلَه pro ar. تَجَلَّة; حَرْكَت pro ar. حَرَكَة; تَخْلُت pro ar. تَخَلَّة; سَبْلَت pro ar. سَبَلَة;

b) reiectis vocalibus alia forma substituitur e. g. سِفلَه pro ar. سَفَلَة, qui est pl. fractus a sing. سافل, ut طَلَبَه a sg. طالب et سَكَنَه a sg. ساكن; تحافه pro ar. تحِفَّة [Freyt. تُحْفَة] sec. Bh. s. v., ubi legitur: تحِفَّه بالفتح وكسر دويم وتشديد فا وفارسيان رَفُو pro ar. رُفُوّ; دران تصرف كرده تحافه بزيادت الف استعمال نمايند;

c) reiicitur vocalis finalis vocum arabicarum, quibus Persae utuntur, quia proprium est persici sermonis omnes voces in consonantem exire. — Interdum vocalis finalis servandae causa lit. ه additur e. g. قاله قاله pro ar. قالَ قالَ, de quo lex. Bh. auctor animadvertit: در اصل قال قال بصيغه ماضى است وچون در شعر فارسى حرف آخر متحرك نمى آيد بجهت اظهار حركت لامر هاى بآن لاحق كرده چنين استعمال نموده انـد ✿ شفائى ✿ رسوائى مبرك كبابى ✿ عالم بگرفت قاله قاله. — Excipiuntur tantum sententiae integrae arabicae persico sermoni intextae, quarum tamen ultima vox etiam sine vocali pronuntiari potest e. g. مُحْتاجٌ اِلَيه *res necessaria*; حَقّ جَلَّ شانُهُ *Deus gloriosissimus* et اِلى يَومِ القيامَة *ad diem resurrectionis*; اَظْهَرُ مِنَ الشَّمْس *sole clarius* Lumsden a. Gr. t. I, p. 391 sqq.

III. Denique adduntur vocales breves quo facilior reddatur pronuntiatio e. g. شَعَف pro ar. شَعْف.

100. Ut vocales arabicae ita legendi quoque notae scribi non solent. Semper hoc valet de signo Wesla literae Elif, quam vocant Elif unionis (de Sacy Gr. ar. t. I p. 64—71) hoc modo ٱ apposito et de vocalis absentis signo Jezm s. Sukûn, quod tamen perspicuitatis causa passim addi solet (§ 38).

101. Literae duplicatae signum Teschdîd (§ 39), quod et in medio et in fine vocum arabicarum frequentissime reperitur, Persae ut lubet modo servant modo reiiciunt. In quibusdam vocibus usu receptum est hoc signum omittere, ut in مُصاف pro ar. مصافّ coll. Bost. ed. Graf 130, 3; مُعف pro ar. معفّة; طَى pro ar. طىّ; مراق pro ar. مراقّ; حَمام pro ar. حمّام; دُكان pro ar. دكّان; نَظارة pro ar. نظّارة; in plurimis autem utraque forma usitata est, qua de causa poetae persici modo Teschdîd pronuntiant modo negligunt, ut metri genus postulat. Si litera duplicata vocali non praedita finem facit vocis arabicae ut غمّ, قدّ, همّ et vocabulum lit. ىّ vel وّ terminatur ut مَعنوِىّ, عَدُوّ al., signum Teschdîd semper reiiciendum est.

102. Signum Medda (§ 40) literae ا arabicae tantum adscribi solet, si est duplicandi nota, qua indicatur sequentem lit. ا quiescentem abesse, ut آل pro ءاٰل *populus*, آفاق pro أافاق pl. fractus vocis أفق *tractus terrae.*

103. Signum Hamza (§ 41) literae ا vocum arabicarum apponi non solet. Sed adscriptum reperitur literis و et ى, si pro lit. ا sunt positae reiectis simul literae ى punctis diacriticis e. g. مُؤمِن *credens*; قَصائِد *poemata.*

104. Consonantium vocum arabicarum, quae in persico sermone adhibentur, aliae permutantur, aliae transponuntur, aliae prorsus abiiciuntur.

I. Permutantur literae sequentes:

a) lit. ا cum ar. ع (§ 4 et 18) e. g. لال pro ar. لَعل *rubinus*; آرابه pro ar. عرابه *currus*; cf. etiam طَلايَه s. طرايه pro ar. طلائِع *excubitores*; et cum lit. ى terminationis arabicae ـَى e. g. مصطفا pro ar. مُصطَفَى *electus*; مضا pro ar. مَضَى *ivit*; تَرَجّا pro ar. تَرَجّى nom. act. formae V verbi ar. رجا *speravit*; تَماشا pro ar. تَماشى nom. act. formae VI verbi ar. مشى *ivit* (99, I, f);

b) lit. ت cum lit. finali ar. ة, cuius loco etiam lit. ه adhiberi potest e. g. سعادت s. سعاده *felicitas*; شجاعت s. شجاعه *fortitudo*; مراجعت s. مراجعه *reditus* pro ar. سعادة, شجاعة et مراجعة. — Excipiuntur tantum nomina accusativo casu adverbiali posita e. g. طاعةً in dicendi formula سَمعًا وطاعَةً *obedientissime*, al. et nomina, quae in ـوة pro ـاة exeunt, ut صلوة *preces*; زكوة *decima sacra*; حيوة *vita*. Si haec terminatio scribitur ـاة lit. ة etiam cum ت permutari potest, ut زكات, حيات. — Praeterea lit. ت cum ar. ط permutatur, d. q. v. § 4 et 17;

c) l. س cum ar. ص e. g. قفس pro ar. قفص *cavea avis*; منسوبه pro ar. منصوبه *apta dispositio*. V. etiam § 4 et 17;

d) l. ك cum ar. ق e. g. اَبلَك pro ar. ابلق *bicolor*. V. etiam § 4 et 21;

e) l. ه cum ar. ح e. g. مُرَوِّه pro ar. مروّح *odoribus imbutus*, aut مُرَوِّه pro ar. مُروِّح *odoribus imbuens*, quam permutationem lex. Bh. auctor ob similem versus exitum effectam esse dicit (وفارسیان بجهت استقامت قافیه حای حطیرا بـهـای هـوز بـدل کرده اند Bh.) (§ 4 et 10) et cum ar. ع e. g. هَفهَف pro ar. عفعف *latratus canis*; لُهبَت pro ar. لعبة *pupa*.

II. Transponuntur consonantes e. g. in voc. اهمال *lentitudo in agendo, negligentia*, quod ex ar. اهمال ortum est et in دُول i. q. ar. دَلو *situla* (دلو قلب دول Bh.). V etiam § 70.

III. Abiiciuntur non solum consonantes sed etiam syllabae integrae per aphaeresin, syncopen et apocopen, unde novae oriuntur voces detruncatae e. g. بو pro ar. ابو *pater*, ut in بو حنيفه Pend. 7, 9, بو الفضول ibid. 50, 3; بو الفضل Chr. Sch. 85, 241; بو الهَوس Pend. 71, 12, pro quo etiam per contractionem dicitur بُلهوس, quod tamen lex. B. auctor ex بُل *multus* et هَوَس s. هُوس *cupido* formatum perhibet; مير s. ميره pro ar. أمير *princeps*, unde ميرى et ميرائى; مُغَيلان pro أَمُغَيلان s. أمّغَيلان = ar. أُمّ غَيلان *spina aegyptiaca*; تميز pro ar. تَمييز *distinctio*; ذو النِمن pro ar. ذو المِنَن i. q. *benignus*; وَلِيكَ s. وَلى s. وَلِى pro وَلِيكن = ar. وَلاكن *sed, vero*; لآلى pro ar. لآلئ pl. vocis لولو *margarita*; porro ملا s. مُلا *doctor* pro ar. مَولى; صفا pro ar. صَفَاء *claritas*; أوليا pro ar. أولياء *sancti* et aliae eiusdem generis voces, quae accedente suffixo vel alia terminatione literam ى euphonicam accipiunt (§ 26); denique بارك pro ar. بارَكَ اللّه *benedicat Deus*; لوحَش اللّه pro ar. لا أَوْحَشَهُ اللّه i. q. *avertat Deus, absit!* et i. q. *euge, bene*; مَن يزيد pro ar. هَل مَن يَزِيدُ *num quis auget vel plus dat?* met. i. q. *forum*; عَبدُهُ pro انا عبده *ego servus illius sum*. — Huc pertinet etiam omissio vocis ar. بن *filius* inter filii et patris nomina propria, cuius loco genitivi nota *i* apponitur, ut in دستان سام *Dastan filius Sami* Chr. Sch. 60, 435 coll. 89, 39. 94, 126.

105. Articulo definito lingua persica caret, quum ipsa nomina substantiva iam per se sint definita et aut totum genus aut personam vel rem singularem totius generis significent, ut

مرد *homo*; زن *mulier*; اسپ *equus*; نامه s. کتاب *liber*. Indefinita tantum sunt nomina, quae copiam quandam rei non definitae significant, ut نان ونمک *panis et sal*; زر وسیم *aurum et argentum*, al. Quare Persae articulum ar. ال non adhibent, nisi in quibusdam dicendi formulis e lingua ar. desumtis e. g. بو الهوس s. بُلهوس; بو الفضل, بو الفضول (§ 104, III), al. Recentiores autem scriptores docente lex. Bh. auctore articulum ar. etiam persicis vocibus praefigunt, quum dicant انا الیار s. انا الدوست *ego amicus* et ذو الخورشیدَین *duos soles possidens* (§ 186).

106. Denique formas arabicas acceperunt quaedam voces persicae. Sic formatum est e. g. نَزاکَت *elegantia* ad formam ar. فعالة e persico نازك et نَرّاد *qui nerdiludium ludit* ad form. ar. فعّال e persico نَرد et مُزَلَّف *cincinnatus* ad form. ar. مُفَعَّل e persico زُلف et مششدر, quod legitur in lex. Bh. sine vocal. et e pers. ششدر arabice formatum est (مششدر نقش ششدره واین لفظ تراشیده فارسی زبانان متعربست کمال اسمعیل ✿ بدان خدای که بنمود زیر نه رقعه ✿ سر مهره‌را بمششدر زنقش شفت وچهار ✿ ظهیر الدین فاریابی ✿ مهرهٔ ثُلِ شد زمین از روی مهر آن مهره‌را ✿ بر بساط امر او نقش مششدر یافتند Bh.); فَذلَکه *collectio in unam summam, summa* a v. ar. فَذْلَکَ.

107. Praeter formas Persae etiam significationes vocum arabicarum immutarunt. Ac primum quidem

a) plurales fracti arabici ut singulares adhibentur e. g. ابدال a sg. بدیل; احوال a sg. حال; اعدا a sg. عَدُوّ; القاب a sg. لقب; اَوباش a sg. بوش; ایام a sg. یوم; ریاض a sg. روضة; غلمان a sg. غُلام; مباحث a sg. مبحثة; محاسن a sg. حُسن; مداخل a sg. مدخل; مشایخ a sg. شیخ; مصالح a sg. مصلحة; ملائک a sg. ملأك Bh.; وعول a sg. وَعل Gl. Vf. Alia exempla v. infra § 194;

b) porro nomina substantiva arabica saepe etiam ut adiectiva usurpantur e. g. أمن *securitas* et i. q. ايمن *securus* coll. comp. امن‌تر i. q. ايمن‌تر Bh.; زيادت s. زيادة *augmentum*, *incrementum* et i. q. *amplior*, *maior*, *plus*, *magis* coll. comp. زيادة‌تر; ضرورت *necessitas* et i. q. ضروری *necessarius*, *inevitabilis*; طرائف *admirabilis*, *mirandus*, *rarus*; ظهور *apparens*; فتنة *tentatio*, *calamitas*, *turba* et i. q. مفتون *tentatus calamitatibus*; *dementatus*, *insanus*; قبول *acceptio*, *gratum habere* et i. q. مقبول *acceptus*, *gratus*. Huc pertinent etiam locutiones هلاك شدن *mori*; تمام شدن *perfici*, *absolvi*; جمع شدن *convenire*; زيادة شدن *augeri*, sim;

c) denique vocum significationes in lingua arabica usitatae cum aliis commutantur, quarum tamen vocum quum permagnus sit numerus, pauca tantum exempla hoc loco allegare sufficiat omissis tamen in lingua ar. usitatis significationibus: جمال *facies*, *vultus*; جهاز *navis*; حافظ *citharoedus*, *cantor*; حرارت *ira*; حضور *florens*, *laetus status* et *voluptas*; ذوق *voluptas*, *deliciae*; رآد s. راد *qui reddit* i. q. *liberalis*, *generosus*; روضة *mausoleum*; سبق *lectio*, *praelectio*; سيرت *existimatio*, *dignitas*, *honor*; شحنة *vigilum praefectus*; شراب *vinum*; شمع *candela*; شمّة *parum*, *aliquid*; شهوت *libido venerea*; صيد *occisio*; علا *status*, *conditio*; *genus*, *species*; عرصة *apertus patensque locus*, *campus*; عُرف *usus*; عيش *voluptas*; غصبان *missilia*; غنيمت *gratis*; قيامت *res mira* et *perturbatio*, *consternatio*; نوالة *bolus*, *buccea*; وادی *planities*, *desertum*; ولايت apud Persas Indiae: *Persia*, *Europa* spec. *Anglia* coll. Bh. s. v. رخ ubi زنان ولايت *mulieres Persiae* opponuntur زنان هند *mulieribus Indiae*; هبا *perditus*, *dilapidatus*; هلاك *occisio* et *occisus* et *avidus*, *cupidus*; يسار *infaustus*, *infelix*.

108. Praeterea de duabus pluribusve vocibus arabicis in scribendo coniungendis aut separandis Persarum grammatici haec praecipiunt:

a) coniunguntur omnes dicendi formulae, ut عنقریب pro عن قریب *propemodum, brevi*; علیحده s. علاحده pro عَلَى حَدّه *ad modum suum* i. e. *secundum hoc*; انشا pro إِنْ شاء الله *si Deo placet* al. (فائده ۞ چون انشاء الله وعلیحده در عبارت عربی نویسند منفصل باید نوشت ودر عبارت فارسی متصل بسبب آنکه در فارسی یک کلمه دانند وقواعد عربی‌را منظور ندارند ودرین تامل است gr. pers. ed. Splieth p. 38);

b) separantur autem duo nomina substantiva aut substantivum et verbum e. g. حقّ سُبحانُه *Deus laude venerandus*; حَقّ تَعالَى *Deus altissimus* al. V. Seven Seas t. VII p. 40, l. 1 sqq.

DE SYLLABA.

109. Syllaba persica a vocali brevi vel longa ordiri potest, qua in scribendi ratione vocalis *â* litera ا duplicata اا vel signo Medda notata آ exprimitur (§ 29. 40), ceterae autem vocales sive breves sive longae et diphthongi ai أَیْ et au أَوْ semper litera ا sustinentur (§ 6) e. g. آب s. ااب *aqua*, أَستَر *mulus*, اِست *sta*, اُشتُر *camelus*, این *hic*, اُو *is*.

110. Media in voce syllaba a vocali ope literae ا expressa raro incipit, sed vocalis plerumque ad consonantem finalem syllabae praecedentis transit aut, si alia vocalis praecedit, altera alteram elidit, aut duae vocales coalescunt, aut intercedente alia litera dirimuntur, ut supra (§ 72 sqq.) pluribus expositum est.

111. Syllaba in medio et fine vocis in vocalem brevem vel longam exire potest e. g. پادشاه *rex*; شُما *vos*; شُویَد *lavat*; گُو *dic*; گُمان *opinio*; میرَد *moritur*; مَردی *vir quidam*; خانَه

domus; کہ *qui, quis,* qua in scribendi ratione literae ا, و et ی vocalem longam significant et ه occultum finale vocalis brevis sustinendae causa additum est (§ 25. 92 sqq.).

112. Syllaba ab una consonante vocali praedita incipere et non solum in unam sed etiam in duas et tres consonantes exire potest, quarum tamen trium prima semper est lit. quiescens ا vel و vel ی (§ 38) e. g. پدر *pater*; گُفت *dixit*; مَراست *mihi est*; دوست *amicus*; نیست *non est.* Consonantium autem complexum initio syllabae ferre omnino nequit Arabum et Persarum pronuntiatio canora. Qua in re Persae a scribendi et pronuntiandi ratione in lingua sanscrita et dialectis antiquioribus persicis usitata prorsus discedunt. Quae igitur voces in illis linguis a duabus pluribusve consonantibus incipiunt, persice aut praemissa vocali initiali ope lit. ا expressa (§ 6) pronuntiantur aut vocali, quam priori consonanti apponunt, aut denique consonante simplici, quae respondet literarum cuidam complexui e. g. z. çtâ, s. स्था = p. اِستادن *stare*; z. brevaṭ, s. भ्रू = p. اَبرو *supercilium*; क्री = p. خَریدن *emere*; z. çtu, s. स्तु = p. سِتودن *laudare*; z. çpaêta, s. श्वेत = p. سِپید *albus*; z. khshnûta = p. خُشنود *contentus*; क्षुप = p. چوب s. چوپ *lignum*; z. khshap, khshapan, s. क्षपा = p. شب *nox*; z. fsharema = p. شَرم *pudor.* Interdum etiam vocalis formae primitivae vocis transponitur e. g. praep. z. fra, s. प्र = p. فَر.

113. Denique proprium est persici sermonis omnes voces, praeter suffixa et terminationes grammaticas, in consonantem vocali destitutam vel literas quiescentes ا, و et ی (§ 29), vel literam ه occultam exire (§ 25). Sed legitur in lex. B. کُه pro کوهه addita hac interpretatione : کُه بضم اول وفتح ثانی مخفف کوهه است که پیش وپس زین اسب وموجهٔ آب وبلندی پشت شتر وگاو باشد. Cf. lex. nostr. s. v.

DE ACCENTU.

114. Quae in hoc capite de accentu persico praecipiuntur e grammatica persica viri docti Chodzko (§ 390—406) repetenda erant, quum neque in libris grammaticis Persarum neque in illis, quos Europaei scripserunt, haec doctrina exposita reperiatur. Quamquam Chodzko fontem, ex quo illam hausit, non indicavit, fides tamen ei tribuenda est, quum et literis persicis doctissime eruditus sit et per duodecim annos consulis Russici munere fungens in Persia habitaverit *).

115. Unum tantum accentuandi genus in persica lingua usitatum est e quantitate syllabae et mensura eius rhythmica minime pendens. Accentus nimirum persicus semper in syllabam ultimam aut penultimam incidit; accedente autem suffixo personali plur. مان vel تان vel شان, quod accentu caret (§ 116 b), aut praefixa particula prohibitiva مَ vel نَ, quae accentuanda est (§ 116), accentus etiam in syllabam antepenultimam recedere potest.

116. Accentu prorsus carent :

a) suffixum pron. pers. sing. ـَم vel ـَت vel ـَش, quod accentum una syllaba recedentem reddit;

b) suffixum pron. pers. plur. مان vel تان vel شان, quod accentum duabus syllabis recedentem reddit;

---

*) Quatremère grammaticam pers. viri docti Chodzko diiudicans, quid sentiat de illius doctrina de accentu persico, hoc modo exprimit (Journ. des Sav. an. 1853 p. 641) : „Un chapitre, consacré a l'accent des mots persans, offre des renseignements utiles, surtout pour ceux qui se destinent à suivre la carrière diplomatique; et ces details ne pouvaient être bien connus et bien exposés, que par un homme fort instruit et judicieux, à qui une longue résidence dans la Perse a permis de saisir ces traits délicats, mais essentiels, que l'usage seul peut enseigner et que l'on n'apprendrait pas dans les meilleures grammaires.“

c) genitivi nota et Kesra descriptionis (§ 198 et 216);
d) suffixum را in casibus obliquis;
e) suffixum ى *ê* articuli indefiniti.

Cum accentu autem pronuntianda est particula prohibitiva مَ vel نَ imperativi vel futuri.

117. Ultima syllaba cum accentu pronuntiatur:

a) in radice verbi sive ad praeteritum sive ad imperativum referenda est e. g. بردار bardār, برداشت bardāscht;

b) in verbi temporibus, quae ab imperativo descendunt et accentum in personarum terminationibus habent e. g. aor. verbi رفتن *ire*: روم ravám, روى raví, رود ravád, رويم ravîm, رويد ravîd, روند ravánd;

c) in sing. et plur. nominum declinabilium, ad quae etiam, praeter participia, gerundiva et adiectiva verbalia, referendi sunt infinitivi instar nominum usitati e. g. مادر madár *mater*, pl. مادران madarān; نامه namá *liber*, pl. نامها namahā; آشاميدن âschâmîdán *potatio*. Accedente casus obliqui signo را et genitivi nota vel Kesra descriptionis, quae accentu carent (§ 116, c et d), accentus loco suo manet e. g. پسر مادر pusári madár *filius matris*, خانهٔ بلند khanái balánd *domus alta*;

d) in nominibus compositis e. g. بادزن bâdzán *flabellum*; كدخدا kadchodā *pater familias*, *herus*, pl. كدخدايان kadchodâyān;

e) in comparativis et superlativis suff. تر et ترين formatis e. g. خوبتر khûbtár *pulcrior*, خوبترين khûbtarîn *pulcerrimus*;

f) in nominibus suffixo relativo ى *î* formatis e. g. شاهى schâhî *regius*; دوستى dôstî *amicitia*;

g) in omnibus indeclinabilibus, exceptis امّا ámmâ s. ليكن lĕkin s. ولى válî *sed, vero*; يعنى y'ánî s. اعنى 'ánî *id est*; بلى bálî s. آرى ārî *sane*; اينك înak *ecce*; براى barāy

propter; بلکه bálki *immo, quin potius* et لبّی lábbay, quae docente Chodzko est vox Schirazensibus propria significans *quomodo, quid?*

118. Penultima syllaba cum accentu pronuntiatur:

a) in verbi temporibus, quae a praeterito descendunt et accentum in personarum terminationibus non habent, excepta 3 ps. sg., quae cum verbi radice consentit e. g. praet. absol. verbi شدن fieri: شدم schúdam, شدی schúdî, شدیم schúdîm, شدید schúdid, شدند schúdand;

b) in infinitivo verbali e. g. کردن kárdan *facere*, گُفتن góftan *loqui*;

c) in nominibus, quae articulo indefinito ی ê terminantur, quum hoc suffixum accentu careat (§ 116, e) e. g. مردی márdê *vir quidam.*

119. Accentus etiam in syllabam antepenultimam recedere potest:

a) si affigitur pron. suff. plur. مان vel تان vel شان accentu carens (116, b), quod cum voce coniunctum accentum duabus syllabis recedentem reddit e. g. آدمیمان adámimân *homo noster*; دهنتان dahánitân *os vestrum*; ولایتشان valayátischân *regio illorum*; denique

b) si praefigitur imperativo vel futuro particula prohibitiva مَ vel نَ, quae accentum habet (§ 116) e. g. میندار máyandâz *ne iacias*; نروند náravand *ne abiant.*

DE VERBIS.

120. In verbis persicis inprimis considerandae sunt stirps et forma.

Quod attinet ad stirpem verba dividuntur 1) in verba primitiva simplicia vel composita, 2) in derivativa verbalia et 3) in denominativa.

VERBUM SIMPLEX.

121. Radix verbi simplicis aut in infinitivo aut in imperativo terminatione destituto magis apparet, e. g. كردن *facere*, r. z., ap. et s. kar; ترسيدن *timere*, r. z. tareç, ap. tarç, s. त्रस्; داشتن *tenere*, imp. دار, r. z. et ap. dar, s. धर्; تاختن *festinare*, imp. تاز, r. z. tac, s. तञ्च्; بستن *ligare*, imp. بند, r. z. et ap. bañd, s. बन्ध्, aut in utroque modo, e. g. جَستن = جهيدن *salire*, imp. جس et جه, r. z. jaṅh (jah), s. जस्. — In quibusdam autem verbis duae radices quasi confluxerunt, e. g. in v. آمدن *venire*, imp. آی s. آ, pr. آيم, r. z., ap. et s. gam et r. z., ap. et s. *i* et in ديدن *videre*, imp. ببين, pr. ببينم, r. z. dî (did), ap. di, s. धी et r. z. vaên, s. वेण (वेन्). Cf. etiam suppl. lexici nostri s. v. آزيدن, آزيريدن, آغاريدن s. آغاردن, آزرميدن, توختن, نَميدن, نويدن al.

VERBUM COMPOSITUM.

122. Verba composita oriuntur:

a) praefixa praepositione, quae non nisi cum verbis coniuncta reperitur et cum verbo simplici quasi coaluit, cuius tamen significatio in verbi significatione non semper agnosci potest. Tales praepositiones ex dialectis antiquioribus persicis

in linguam persicam desumtae earumque formae magis minusve immutatae sunt. Verba autem cum his praepositionibus coniuncta ut simplicia usurpantur et instar verborum simplicium etiam cum praepositionibus in lingua persica usitatis coniungi possunt, e. g. بر نشستن, فرو گذاشتن, باز آمدن al. Nulla praepositione praefixa pauca tantum huius generis verba in usu sunt, e. g. زدن in آزدن; ستردن in گستردن; سودن in آسودن, فرسودن; شکنجیدن in نشکنجیدن; هنجیدن in آهنجیدن; in plurimis autem verbi simplicis forma primitiva aut prorsus immutata est e. g. زندن pro زدن in آزندن; باردن s. باریدن s. باشتن pro بُردن in انباردن, انباریدن, انباشتن; داختن pro تاختن in پرداختن, گداختن, aut omnino non usitata, e. g. راستن in آراستن; شِستن in نشستن; مادن s. مودن in آمادن, آمودن, فرمودن, نمودن; هادن in نهادن; کردن s. کردیدن s. کریدن in شکردن s. شکردیدن s. شکریدن.

b) duabus praepositionibus verbo praefixis, quod tamen in paucis tantum verbis usitatum est, ut ز et آ in v. آزمودن; ن et پ in v. پنداشتن et پِنگاشتن; پ et ب in v. بپسودن F. s. بَپسودن B. et بِپساویدن F. s. بَپساویدن B. et پ et پ in v. پَپریشیدن B.

c) accedente praepositione, quae in lingua persica etiam seorsim usitata est et primitivam verbi significationem plerumque immutat, ut

باز *retro, rursus*, e. g. cum داشتن *tenere*, i. q. *retinere*; cum کردن *facere*, i. q. *removere*, *aperire*; cum گردیدن *se vertere*, i. q. *redire*; cum گفتن *loqui*, i. q. *respondere*;

بَر *super, supra*, e. g. cum داشتن *tenere*, i. q. *efferre, auferre*; cum زدن *ferire* (ar. ضرب), i. q. *efferre*, *extollere*; cum شدن *ire*, i. q. *ascendere*;

بیرون s. برون *extra, foras*, e. g. cum آمدن, رفتن et شدن *ire*, i. q. *exire*; cum کردن *facere*, i. q. *eiicere*.

پیش *ante, coram*, e. g. cum آمدن *venire*, i. q. *coram venire, accedere*; cum آوردن *ferre, afferre*, i. q. *afferre, adducere*; cum خواندن *vocare*, i. q. *advocare, arcessere*; cum گرفتن *capere*, i. q. *suscipere, aggredi*;

دَر s. اندَر *in*, e. g. cum آمدن et شدن *ire*, i. q. *intrare*; cum زدن *ferire*, i. q. *infigere, illidere*; cum یافتن *assequi*, i. q. *intelligere*;

فرو ante cons. et فرود ante voc. *infra, sub*, e. g. cum آمدن et رفتن *ire*, i. q. *descendere*; cum شدن *ire*, i. q. *submergi*; cum گذاشتن *transire facere, traducere*, i. q. *missum facere, omittere*, germ. *unterlassen*.

Aliae praepositiones sunt فراز, فرا et وا de quarum significatione et cum verbis coniunctione v. lex. nostrum. Non semper tamen verbi significatio primitiva accedente praepositione immutatur. Maxime hoc valet de praepositione بر saepissime in tali compositione usitata et de praepositionibus فرا et وا.

DE PRAEPOSITIONIBUS VERBO PRAEFIXIS.

123. Praepositiones praefixae, quae cum verbo simplici quasi coaluerunt et non nisi cum verbo coniunctae reperiuntur, sunt :

a) آ (یا, ا) = z. ɯ *â*, ap. *â*, phl. א (איא), pars. *â*, s. आ *ad*, e. g. in آوردن, آشفتن, آشامیدن, آسودن, آرامیدن, آراستن al.

Praeteritum absolutum [2]).

پُرسِيدَم	کَنْدَم	کُشْتَم	cum vel sine بِه
پُرسِيدِی	کَنْدِی	کُشْتِی	
پُرسِيد	کَنْد	کُشْت	
پُرسِيدِيم	کَنْدِيم	کُشْتِيم	
پُرسِيدِيد	کَنْدِيد	کُشْتِيد	
پُرسِيدَند	کَنْدَند	کُشْتَند	

Not. 2. Tertiae personae sing. praeteriti absoluti verbi گُفْتَن *dicere* per licentiam poeticam saepe lit. ا affigitur, rarius tamen in oratione pedestri, ut dicatur گُفْتا pro گُفْت vid. Gul. p. 4, l. 16 et Semelet ad h. l. — Idem in aliis quoque verbis fieri exemplis افتادا et دادا in grammatica lexico Sev. Seas adiuncta (t. VII p. 9 init.) probatur. Cf. Lumsden l. l. t. II p. 389.

Praeteritum continuum s. Imperfectum.

می s. همی پُرسِيدَم	می s. همی کَنْدَم	می s. همی کُشْتَم
پُرسِيدَمی s.	کَنْدَمی s.	کُشْتَمی s.
می s. همی پُرسِيدِی	می s. همی کَنْدِی	می s. همی کُشْتِی
می s. همی پُرسِيد	می s. همی کَنْد	می s. همی کُشْت
پُرسِيدِی s.	کَنْدِی s.	کُشْتِی s.
می s. همی پُرسِيدِيم	می s. همی کَنْدِيم	می s. همی کُشْتِيم
می s. همی پُرسِيدِيد	می s. همی کَنْدِيد	می s. همی کُشْتِيد
می s. همی پُرسِيدَند	می s. همی کَنْدَند	می s. همی کُشْتَند
پُرسِيدَندِی s.	کَنْدَندِی s.	کُشْتَندِی s.

Praeteritum conditionale vel optativum.

Ut proxime praecedens praet. cont. s. imperfectum.

Perfectum [3]).

Sing.

پُرسِیدَه اَم	کَندَه اَم	کُشتَه اَم
پرسیده اِی	کنده اِی	کشته اِی
s. پُرسِیدَهٔ [4])	s. کَندَهٔ [4])	s. کُشتَهٔ [4])
پرسیده اَست	کنده اَست	کشته اَست

Plur.

پُرسِیدَه { اِیم, اِید, اَند }	کَندَه { اِیم, اِید, اَند }	کُشتَه { اِیم, اِید, اَند }

Not. 3. Interdum Persae pro verbo subst. اَم synonymo هَستَم utuntur (§ 155 et not. 1), quod cum praecedenti participio, abiectis utriusque verbi litt. ه, quae concurrunt, in unam vocem contrahitur, ut dicatur e. g. pro شَنِیدَه اَم etc., perfecto verbi شنیدن *audire* :

شَنِیدَستَم	شنیدَستِی	شنیدَست
شنیدَستِیم	شنیدَستِید	شنیدَستَند

Not. 4. De hac 2 pers. sing. perfecti forma vid. § 95 et not.

Plusquamperfectum.

بُودَم
بُودِی
بُود
بُودِیم
بُودِید
بُودَند } پُرسِیدَه vel کَندَه vel کُشتَه

Futurum simplex.

Sing.

کُشت vel کَند vel پُرسِید
aut
کُشتَن vel کَندَن vel پُرسِیدَن

} خَواهَم، خواهی، خواهَد } cum vel sine بِه

Plur.

کُشت vel کَند vel پُرسِید
aut
کُشتَن vel کَندَن vel پُرسِیدَن

} خواهِیم، خواهِید، خواهَند } cum vel sine بِه

Futurum exactum.

باشَم
باشِی
باشَد
باشِیم
باشِید
باشَند

} کُشتَه vel کَندَه vel پُرسِیدَه

B. PASSIVUM.

Praemissa coniugatione verbi شُدَن (p. 116—118), quod passivo formando inservit, passivi temporum primam tantum singularis personam in sequenti tabula exhibere sufficiat.

Imperativus.

کُشتَه شَوَم vel کَندَه شَوَم vel پُرسِیدَه شَوَم

Imperativi forma optativa.

کُشتَه شَوَاد vel کَندَه شَوَاد vel پُرسِیدَه شَوَاد

Aoristus.

کُشتَه vel کَندَه vel پُرسِیدَه } شَوَم sive به شَوَم

Praesens.

کُشتَه vel کَندَه vel پُرسِیدَه } هی شَوَم sive می شَوَم

Participium praesentis.

کُشتَه vel کَندَه vel پُرسِیدَه } شَوَندَه sive شَوَا

Infinitivus.

کُشتَه شُدَن vel کَندَه شُدَن vel پُرسِیدَه شُدَن

Participium praeteriti.

کُشتَه شُدَه vel کَندَه شُدَه vel پُرسِیدَه شُدَه

Praeteritum absolutum.

کُشتَه vel کَندَه vel پُرسِیدَه } شُدَم sive به شُدَم

Praeteritum continuum s. Imperfectum.

میشُدَم sive
می شُدَم sive
شُدَمی
} پُرسیدَه vel کَندَه vel کُشتَه

Praeteritum conditionale et optativum.

Ut proxime praecedens praet. cont. s. imperfectum.

Perfectum.

پُرسیدَه
کَندَه } شُدَه اَم
کُشتَه

Plusquamperfectum.

پُرسیدَه
کَندَه } شُدَه بُودَم
کُشتَه

Futurum simplex.

شُد
vel
شُدَن
{ خَواهَم s. به خواهم }
پُرسیدَه vel کَندَه vel کُشتَه

Futurum exactum.

پُرسیدَه
کَندَه } شُدَه باشَم
کُشتَه

VERBUM NEGATIVUM.

157. Verbum negativum formatur praeposita omnibus temporibus et modis practer imperativum particula negativa نَه sep. vel نَ insep. z. et s. na, e. g. نَه بُود s. نَبُود *non fuit;* نَپُرسيدَه اَم *non interrogavi;* نَخَواهَد ماند *non manebit* al. (§ 125). Imperativo autem et imperativi formae optativae part. prohibitiva مَه sep. vel مَ insep. = z. ct s. mâ praeponenda est, ut مَه پُرس s. مَپُرس *ne interroga;* مَخَوريد *ne edite;* مَباد s. مَبادا *ne sit.* Quae particulam praefixam م sequitur litera vocalem suam retinet, si sequitur lit. quiescens vel vocali destituta e. g. مَباد *ne sit;* مَگِير *ne prehendas;* مَنْيُوش *ne audias;* مَكُن *ne facias,* sed ad libitum vocalem suam amittere potest, si litera sequens vocali est insignita, e. g. مْسَتِيز s. مَسَتِيز *ne certa* a v. سِتيزيدن Lumsd. l. l. t. II p. 410.

158. In sermone communi part. negativa نـه s. ن pro part. prohibitiva مه s. م secundae personae sing. et plur. imperativi praeponi potest (Chodzko l. l. p. 32 et 33), quae tamen dicendi ratio quamquam in ipsis recentioribus Persarum libris, ut زينت التواريخ al., haud raro adhibetur, nequaquam imitanda est *).

---

*) Postquam Quatremère hanc dicendi rationem exemplis quibusdam ex opere زينت التواريخ desumtis probavit, qualia sunt : اهمال نورز „*negligentiam ne exerce*“; امور ايشانرا بتاخير نينداز „*ne differas eorum res in aliud tempus*“; آرام نگيريد „*ne capiatis quietem*“; مزاحم او وولايتش نشويد „*ne vexetis eum eiusque regionem*“ al., hoc modo pergit : „Ces passages, qui ont été écrits sous l'infiuence du language vulgaire, et dont les analogues ne se retronveraient pas, je crois, chez des écrivains d'un âge plus ancien, font voir que, dans le language de la conversation,

159. Imperativus prohibitivus exprimitur etiam coniunctione تا *ut* sequente aoristo verbi negativi e. g. تا نَشنَوی *ne audias* coll. تا دل خویش نیازارد *ne cor suum affligat* Gul. 179, 17; تا درشتی هنر نپنداری *ne in corporis mole sitam putes virtutem* ibid. 17, l. ult.

160. Particula neg. نه sep. vel ن insep. particulae می cum verbo coniunctae praeponi solet, ut نَمیپُرسَد *non interrogat* (§ 137). Interdum tamen etiam می antecedit, ut عجب که دود دل خلق جمع می نشود *mirum est, fumum cordis hominum non colligi* Gul. 89, 22.

Not. Quidam Persarum grammatici aliam priori aliam posteriori constructioni subiiciunt sententiam, quum dicant illa indicari negationem continuae actionis (نفی الاستمرار), hac continuationem negationis (استمرار النفی), ut e. g. نمی دیدم significet *non perrexi videre* et می ندیدم *perrexi non videre.* Sed recte iam Lumsdenius (l. l. t. II p. 411 et 412) animadvertit, tale discrimen a consuetudine sermonis abhorrere ob eamque causam minime esse probandum.

161. Si particula به sep. s. ب insep. cum verbo est coniuncta, particula neg. ن illi semper postponitur (§ 134), e. g. بنگذارد *non transit;* بنماند *non manet* Anv. Sooh. f. 113 r. l. 22 (چون در کلمه با ونون مقارن شوند بارا بر نون مقدم باید

---

le ن peut, comme le م, se placer devant la seconde personne de l'imperatif, tant au singulier qu'au pluriel, pour indiquer une prohibition. Ainsi quand M. Chodzko atteste que, dans le language vulgaire, il est permis de dire, a l'imperatif prohibitif : نسآز *ne fais pas,* نمال *ne frotte pas,* نیار *n'apporte pas,* il a sans doute raison; mais tout homme qui voudrait écrire purement et élégamment la langue persane, devrait éviter avec soin ces locutions; car elles ne peuvent être tolérables que dans des lettres familières et autres écrits du même genre" Journ. des Sav. a. 1852 p. 702 et 703.

خواند نه موخر چون بنماند وبنشکافد چراکه با زائده است وحرف زائده در میان کلمه معقول نیست Splieth l. l. p. 40); cf. Sev. Seas t. VII p. 37, l. 14 sqq. Sed legitur etiam نه بِدِه *ne des* Lumsden (l. l. t. II p. 548). — Secundum Chodzko (l. l. § 35, b) particula به accedente part. neg. ن omittitur, ut dicant e. g. نگوئیم pro بنگوئیم „*ne dicamus*“ et نگذشتند pro بنگذشتند „*non transierunt*“, quod tamen in sermone communi usitatum videtur.

162. Qua ratione particula negativa ن vel prohibitiva م verbo a lit. ا incipienti praefigenda sit supra (§ 80) monuimus.

163. Verbum substantivum ام *sum* etc. quomodo cum particula neg. ن coniungatur iam supra (§ 90) expòsitum est.

164. Ad analogiam 3 pers. sing. نیست *non est* formantur etiam omnes personae verbi هستم *existo, sum*, cum part. neg. ن coniuncti, quum prima lit. ه plane ut lit. ا initialis, accedente syllaba, quae in vocalem exit, cum litera ی permutetur (§ 154. 155 et not. 1). Sunt igitur : نِیستم نِیستی نِیست نِیستیم نِیستید نِیستَند.

165. Negationi exprimendae inservit etiam : a) کَم *parum*, e. g. با بدان (ددان) آن به که کم گیری ستیز (Sem. ددان) *praestat cum improbis non pugnare* Gul. 38, 20 et بجستند بسیار وکم یافتند *multum desiderabant, nihil obtinebant* Bost. 377, 8, ubi schol. interpretatur : یعنی نیافتند; cf. etiam Pend. 112, 1; b) اندك s. اندکی *paululum*, e. g. in hoc vs. poetae نظامی, metr. متقارب:

پس وپیش چون آفتابم یکیست ✿ فروغم فراوان فریب اندکیست

i. e. „*Quum a tergo et in fronte sol unus mihi sit, lux copiosa mihi est, fallacia nulla*“, ad quem vs. lex. Bh. auctor animadvertit : غرض آنست که من فی الجمله فریب هم دارم بلکه مدعا آنست که فریب اصلا نیست.

VERBA ANOMALA.

166. Anomalia verbi persici in imperativi tantum et, quae ab illo ducuntur, temporum formatione reperitur nec personarum flexionem ullo modo attingit. Complurium enim verborum imperativus non solum formatur abiicienda infinitivi terminatione تن vel دن una cum vocali coniunctiva, quae terminationi دن proxime antecedit (§ 128), sed etiam immutanda ea verbi parte, quae abiecta infinitivi terminatione remanet. Quae quidem mutationes diversi sunt generis, quum vocales et consonantes aut permutentur aut abiiciantur aut addantur aut alia denique verbi forma substituatur. Nituntur ipsa verbi radicis forma, quae in imperativo terminatione destituto saepissime integra apparet accedente autem infinitivi terminatione, euphoniae inprimis legum (§ 44—70) ratione habita, magis minusve immutatur, ut sequens anomalorum index docebit.

167. Quum ab imperativo anomalorum, addita plerumque vocali coniunctiva ی ـِ, etiam infinitivus in دن formari possit, multa anomala duas infinitivi formas exhibent, quarum una verbum facit regulare, altera anomalum. Sic e. g. بَستن *ligare* est verb. anomalum, quum imperativus sit بَند, z. band, s. बन्ध्, assumta autem altera infinitivi forma بنديدن, quae ab imperativo deducitur, verbum est regulare.

168. Mirum denique in modum cum radicibus linguae zendicae, sanscritae aliusve dialecti antiquioris persicae consentiunt plurimi anomalorum imperativi, haud raro etiam eae verbi formae, quae abiecta infinitivi terminatione remanent. Quam ob causam in sequenti indice radices dialectorum cognatarum verbis persicis, ubi fieri potuit, uncis inclusae semper adscriptae sunt.

In conficiendo autem anomalorum indice verba in تن terminata illis, quae in دن exeunt, sunt postposita et uniuscuiusque classis verba secundum literarum ordinem digesta.

I. VERBA in دن.

169. Verba in دن, praemissa lit. ا quiescenti, hanc literam ا aut retinent aut abiiciunt.

a) Lit. ا retinetur et verba sunt regularia.

Inf.	Imp.
آمادن *parare* [1]) [r. z. et s. mâ + آ (§ 123, a)]	آما s. آمای [2]), unde آمائیدن
زادن *parere, nasci* [r. z. zan, s. जन्]	زا s. زای [2]), unde زائیدن
گادن *coire* [r. z. gâ, s. गा (जोगाति)]	گا s. گای [2])
گشادن (کُشادن) *aperire* [1]) [r. z. shu (§ 128, e) + گ (§ 123, h)]	گشا s. کُشای [2])

Not. 1. Pro آمادن et گشادن (کُشادن), quae proprie ab imperativis آما et گشا (کُشا) sunt formata, eorundem verborum formae quoque anomalae آمودن et گشودن (کُشودن) in usu sunt, q. v. infra § 170, c s. h. v.

Not. 2. Ante personarum terminationes imperativo lit. ی affigitur, quae illarum vocalem recipiat. Sic e. g. dicitur زایَم, زایِی, زایَد etc. Eadem lit. ی in fine quoque, ut lubet, addi potest (§ 26 et 170 not. 4).

b) Lit. ا remanente lit. ن additur.

Inf.	Imp.
ستَدن s. ستَادن *capere* [r. s. स्तेन्]	ستَان, unde ستانیدن s. ستانْدن

Not. Quum verb. ستادن ad radicem s. स्तेन् *furari* referendum sit, quae imperativo additur lit. ن radicalis est. V. etiam ستدن p. 136 not. 2.

c) Lit. ا abiicitur.

Inf.	Imp.
ستادن s. ایستادن s. استادن *stare*	ایست s. است [1])
[r. z. çtâ, s. स्था]	
فتادن s. اُوفتادن s. اُفتادن *cadere*	اُفت [2])
[r. z. et s. pat + اُو s. اُ (§ 123, b)]	
فِرستادن *mittere*	فِرست
[r. z. çtâ, s. स्था + فر (§ 123, a, δ et e)]	
نهادن *ponere*	نِه
[r. z. dâ *ponere*, s. धा (§ 49, II, β) + ن (§ 123, i)]	

Not. 1. Aliam imp. formam استای afferunt lex. B. et F. auctores ad analogiam verborum regularium in ـادن, d. q. v. § 169, a. Qui in gram. pers. Ibrahîmi (p. 81) legitur imp. ایست ad verbi formam ایستادن referendus est.

Not. 2. Praeter اُفت Chodzko (l. l. p. 42) affert imperativum فت ad verbi formam فتادن referendum, qui tamen in lexicis persice scriptis non reperitur.

d) Lit. ا abiecta additur lit. ه ex dentali aspirata radicis cognatae orta.

Inf.	Imp.
دادن *dare*	دِه [1])
[r. z. dâ *dare* et *ponere* = s. दा et धा coll. دِهُم *do* = z. dadhâmi, s. ददामि (§ 49, II, β)]	

Not. 1. Alia imp. forma videtur دی, quum lex. B. auctor afferat مَدی significatione : *ne da, noli dare.*

170. Verba in دن praemissa lit. و quiescenti aut regularia sunt, ut verba in یدن, quibuscum etiam permutantur, aut anomala. Quum lit. و ut lit. ی in regularibus sit mere coniunctiva et euphoniae tantum causa inserta (§ 128, b), haec vocalis وُ una cum inf. terminatione دن prorsus abiicitur e. g. تنودن i. q. تنیدن *extendere*, imp. تن = r. z. et s. tan; پخسودن s. پخسیدن *liquefacere*, imp. پخس = r. z. pakhsh (§ 46, g); بالودن s. بالیدن *crescere*, imp. بال = r. z. vared, s. वर्ध् (§ 63); بخشودن i. q. بخشیدن *donare*, imp. بخش = r. z. bakhsh (§ 46, g). — Anomala autem hanc literam و aut retinent aut cum lit. ا permutant (§ 128, e).

a) Lit. و retinetur.

Inf.	Imp.
بُودن (بُدن) *esse* [r. z. bu, s. भू]	بُو, sed usitat. باش (§ 156, I, not. 1)

Not. Integram verbi بودن coniugationem v. supra § 156, I.

b) Lit. و retinetur, sed vocalis proxime praecedens pêsch cum zabar permutatur.

Inf.	Imp.
دُرُودن *metere* [r. z. dar, s. दर् (दॄ, दृणाति)]	دِرَو, unde دِرَویدن
زِنُودن *ululare, hinnire* [r. z. nud, s. नुद्, नुदति coll. नद्, नदति + ز (§ 123, g)]	زِنَو, unde زَنویدن F. s. زنُوئیدن B. F.
شُدن pro شُودن *fieri* [1]) [r. z. shu, s. च्यु (§ 58, d, γ)]	شَو
شُنُودن coll. اِشْنُودن et شَنیدن s. اِشنیدن et شُنُفتن (§ 61, c) *audire* [r. z. çru, s. श्रु, शृणोति (§ 62, b)]	شِنَو, unde شنَویدن

Inf.	Imp.
غُنُودن *dormitare* [coll. z. qafna *somnus* et § 46, e. f. 60, a et 70]	غُنَو, unde غنَويدن

Not. 1. Integram verbi شدن coniugationem v. supra § 156, II.

c) Lit. و cum lit. ا permutatur.

Inf.	Imp.
آزمُودن *experiri* [r. z. et s. mâ + آ + ز coll. § 122, b et 123, a et g]	آزمای s. آزما
آسُودن *quiescere* [r. z. çâ, s. शा (शो, श्यति) + آ (§ 123, a); v. infra سودن]	آسای s. آسا
اَفزُودن et فِزُودن *augere* [r. z. çu + اف s. ف (§ 123,b)]	فزای et افزای s. فِزا et اَفزا
آلُودن *polluere* [r. z. râ, s. रा s. ला + آ (§ 123, a)]	آلای s. آلا, unde آلائیدن
آمُودن coll. آمادن *parare* [1] [r. z. et s. mâ + آ (§ 123, a)]	آمای s. آما [1]
اَندُودن coll. اندادن et اندائیدن *incrustare* [r. z. dâ coll. r. sec. du + ان (§ 123, c)]	اندای s. آندا
پالُودن *colare* et i. q. proxime sequens	پالای s. پالا, unde پالادن et پالائیدن
بالُودن coll. بالیدن *crescere* [2] [r. z. vared, s. वर्ध् (वृध, वर्धते) coll. § 60, b et 63]	بالای s. بالا [2]

Inf.	Imp.
بَخشُودن coll. بخشیدن *donare* [3]) [r. z. bakhsh coll. § 46, g]	بخشای s. بَخشا
پَیمُودن *metiri* [r. z. et s. mâ + پی (§ 123, d)]	پیمای s. پَیما
رُبُودن coll. ربائیدن *rapere* [r. z. rup, s. लुप (§ 128, b et c)]	ربای s. رُبا
زُدودن *purificare* [r. z. du + ز (§ 123, g)]	زدای s. زِدا unde زدائیدن
سُتُودن *laudare* [r. z. çtu, s. स्तु]	ستای s. سِتا
سُودن *terere* [r. z. çâ, s. शा (शो, श्यति)]	سای s. سا, unde سائیدن Sev. Seast. VII p. 43
شَخُودن *lacerare* [r. z. skâ, s. छा (छो, छ्यति) coll. § 58, f]	شخای s. شَخا
فَرمُودن *iubere* [r. z. et s. mâ + فر (§ 123, e)]	فرمای s. فَرما
گُشُودن (کُشودن) coll. گُشادن (کُشادن) *aperire* [1]) [r. z. shu (§ 128, e) + گ (§ 123, h); v. supra p. 131 شدن]	گشای s. (کُشا) گُشا
نُمُودن *ostendere* [r. z. et s. mâ + ن (§ 123, i)]	نمای s. نُما

Not. 1. De verborum formis آمادن et گشادن vid. supra § 169 not. 1. Pro آما s. آمای reperitur etiam imp. regularis آمو s. آموی B.

Not. 2. Verbi بالودن alia est forma regularis بالیدن, cuius imp. est بال coll. lex. B. s. v.

Not. 3. Pro بخشودن usitatior est forma regularis بخشیدن, cuius imp. est بخش.

Not. 4. Imperativis horum verborum, qui omnes vocali ا ـَ terminantur, etiam lit. ی, ut lubet, addi potest, quae tamen ante personarum terminationes semper inserenda est (§ 169 not. 2).

171. Verba in دن praemissa lit. ی quiescènti aut regularia sunt aut anomala. In regularibus una cum infinitivi terminatione simul vocalis praecedens یـِ abiicitur, si est mere coniunctiva et euphoniae tantum causa inserta, e. g. گردیدن *verti,* imp. گرد, r. z. vareṭ, s. वर्त्; پرسیدن *interrogare,* imp. پرس, r. z. pareç, s. प्रछ्; sed retinetur, si ad radicem pertinet e. g. ریدن *sordes facere,* imp. ری = r. z. iri s. ri, aut alia forma usitatior substituitur e. g. شنیدن *audire,* r. z. et s. çru, imp. شنو a شنودن s. شنفتن q. v. § 170, b et 179, c not.

Anomala autem addunt lit. ن post ی quiescens, quae non est lit. pleonastica, ut Persarum grammatici docent, sed aut e charactere z. et s. nu quintae classis orta videtur aut ad characterem z. na, s. ना s. नि nonae classis referenda.

Inf.	Imp.
آفریدن *creare*	آفرین
[r. z. frî, s. प्री, प्रीणाति + آ (§ 123, a)]	
آچیدن *comminuere*	آچین [1])
[r. z. jan, s. हन् + ان (§ 123, c)]	
چیدن *colligere*	چین
[r. z. ci, s. चि, चिनोति]	
گزیدن *eligere*	گزین
[r. z. et s. ci + وِ (§ 123, h)]	

Not. 1. In lex. B. legitur etiam أنج significatione „*extrahe*" (بیرون بکش), ut sit imp. regularis verbi اَجیدن, quod etiam significat „*extrahere*".

172. Verbum دیدن *videre* praeterea substituit verbum obsoletum بینیدن, cuius r. z. est vaên, s. वेण s. वेन्, वेनाति, ap. vain. Radix autem verbi دیدن est z. dî (did), s. धी, ap. di, ita ut duae radices in v. دیدن quasi confluxerint (§ 121).

Inf.	Imp.
دیدن *videre*	بِین

173. Verba in دن praemissa vocali brevi imperativum hoc modo formant :

a) Litera terminationi دن antecedens una cum vocali sua brevi abiicitur.

Inf.	Imp.
آمدن coll. آئیدن *venire*	آی s. آ

Not. Verb. آمدن compositum est e praep. آ (§ 123, a) et v. madan in dialecto parsica usitato = phl. מחתן e gmatan, ut videtur, decurtato. Alia autem verbi forma آئیدن (praes. آیم) respondet phl. איתן et pertinet ad r. z., ap. et s. i *ire*. Duae igitur radices in v. آمدن (pr. آیم) quasi confluxerunt, ut in v. دیدن (pr. بینم), cuius tamen generis verba etiam linguae cognatae offerunt (§ 121). Pro آ dicitur etiam آی, unde آیم آئی آید etc.; vid. supra § 169, a, not. 2 et § 170, c, not. 4.

b) Litera ن ad radicem pertinens additur.

Inf.	Imp.
زدن *ferire* [r. z. jan, s. हन्]	زن

Not. 1. Lit. ن imperativo addita ante infinitivi terminationem excidisse videtur, ita ut primitiva infinitivi forma زندن fuerit, quae etiam in verbo comp. آزندن apparet. Quod confirmatur part. praet. زده cum respondenti z. jata, s. हत, phl. ℩ℸ, pa. zaṭ comparato, in quo etiam lit. n eiecta est.

Not. 2. Huc pertinet etiam v. ستدن *capere*, sed qunm ex ستادن correpta vocali *â* ortum sit, supra p. 129 s. v. ستادن allatum est; v. § 169, b et not.

174. Verba in دن praemissa litera ر vocali destituta aut regularia sunt, ut آوردن *portare*, imp. آور s. آر elisa lit. و = r. z. bar, s. भर् + आ (§ 123, a); خوردن *edere*, imp. خور = r. z. qar al., aut anomala, in quibus abiecta terminatione دن

a) Primae verbi literae vocalis mutatur.

Inf.	Imp.
بُردن *ferre* [r. z. bar, s. भर्]	بَر
مُردن *mori* [r. z. mar (mîr), s. मर्]	مِر s. مير

Not. In verbo comp. پژمردن s. پژمريدن alia imperativi forma مُر usitata videtur, quum illius causale pronuntietur پژمرانيدن.

b) Una cum primae literae vocali etiam litera ر ante terminationem دن mutatur.

Inf.	Imp.
كَردن *facere* [r. z. et s. kar]	كُن

Not. Imperativi كن lit. ن a charactere nu quintae classis deducenda est, ad quam etiam idem verbum in zendica dialecto refertur, cuius

imp. est 𐬐𐬆𐬭𐬆𐬥𐬏𐬌𐬛𐬌 **kerenûidhi** *fac* (praes. **kerenaomi** *facio*), quocum etiam convenit ved. कृणुहि *fac* (praes. कृणोमि *facio*). Verbi vocalem *a* Persarum grammatici in imp. ea de causa in *u* mutatam dicunt, ut كُن distingui possit a كَن, imp. verbi كَندن *fodere* (Sev. Seas t. VII p. 47, l. 15); sed quum alia quoque verba in imp. aliam vocalem accipiant, ut modo proposita بُردن imp بَبر, مُردن imp. مبير al., haec vocalis *u* potius ad characterem nu quintae vel characterem u octavae classis referenda esse videtur.

175. Verba in دن praemissa litera ن vocali destituta imperativum regulariter formant abiecta terminatione دن e. g. آكَندن *implere* imp. آكَن, r. z. kan, s. खन् + آ (§ 123, a); خواندن *legere* imp. خوان, r. z. qan, s. स्वन्; كَندن *fodere* imp. كَن, r. z. kan, s. खन्; ماندن *manere* imp. مان, r. z. et ap. man al.

Not. Alia verbi آكندن imperativi forma est آكين, quasi verbum esset آكيندن. Legitur in vs. a Lumsd. (l. l. t. I, p. 450) allato, metr. هزج:

دواتترا زمشك عنبر آكين ✿ جهانرا كن زخطت عنبر آكين

i. e. „*Atramentarium tuum imple moscho et ambra; mundum fac scriptura tua ambra repletum*", cuius prius آكين est imperativus, posterius autem compositum format cum عنبر et significat *repletus, plenus.*

II. VERBA in تن.

176. Verba in تن praemissa lit. خ e radicibus, quae in palatinam exeunt, originem trahere satis probatur zendicis et sanscritis radicibus comparandi causa appositis. Conf. etiam پيختن *contorquere* imp. پيچ, coll. z. pikha *nodus*, unde alia forma پيچيدن. Literae autem palatinae, quum quasi emolliendo ortae sint e gutturalibus, ad harum quoque literarum ordinem ante fortes inprimis consonantes saepe redeunt

(Bopp Vg.[2] § 14). Inde explicanda huius classis lit. gutt. خ ante lit. ت infinitivi terminationis تن (§ 46, d). — Deinde quum ad classem palatinarum referendae sint lit. pers. ز et س (§ 52, c et 54, a. b) et lit. ش etiam palatinae respondeat (§ 58, a) et saepe cum palatinis persicis permutetur (§ 58, c), imperativum huius classis in literas ز vel س vel ش exire videmus.

a) Lit. خ permutatur cum ز.

Inf.	Imp.
أَفراختن *extollere* [1])	آفراز
[r. z. rag, s. लंघ् + اف (§ 123, b)]	
أَفروختن s. فُروختن *incendere*	فُروز s. أَفروز
[r. z. et s. ruc + اف (§ 123, b)]	
آموختن *discere*	آموز
[r. z. muc, s. मुच्, मुञ्चति + آ (§ 123, a)]	
آميختن *miscere*	آميز
[r. z. miz, s. मिह् + آ (§ 123, a)]	
أَنداختن *iacere*	أَنداز
[r. z. tac v. تاختن + ان (§ 123, c)]	
أَندوختن *lucrari*	أَندوز
[r. z. dug, s. दुह् v. دوختن + ان (§ 123, c)]	
أَنگيختن *excitare*	أَنگيز
[r. z. vij, s. विज् cl. 3 s. विच् cl. 7 et et 3 + ان (§ 123, c)]	
آويختن *pendere*	آويز
[r. z. vij, s. विज् s. विच् + آ (§ 123, a); cf. انگيختن]	
باختن *ludere*	باز
[r. z. baz, s. भज्]	

Inf.	Imp.
پُختن *coquere* [2]) [r. z. et s. pac]	پَز
پَرداختن *vacuum esse* [r. z. tac v. تاختن + پر (§ 123, e)]	پَرداز
پَرهیختن coll. برهیختن s. فرهیختن et پرهختن s. برهختن s. فرهختن *instruere* [r. z. hac (hakhsh) + پر (§ 123, e)]	پَرهیز
بیختن *cribrare* [r. z. vij, s. विज् s. विच्; cf. انگیختن et آویختن]	بیز
تاختن *currere* [r. z. tac, s. तञ्च्, त्वञ्च्]	تاز
تُوختن *velle, petere* [fort. al. forma verbi تاختن]	تُوز
دُوختن *figere, consuere;* cf. دوختن *mulgere* infra § 176, c [r. z. dug, s. दुह्, दोग्धि]	دُوز
ریختن *fundere* [3]) [r. z. et s. ric]	ریز
ساختن *facere* [r. z. çac, s. शक्]	ساز
سَپُوختن *infigere* [r. z. çpaç, s. स्पश्]	سَپوز
سُوختن *comburere* [r. z. et s. çuc]	سُوز s. سوج (§ 54, i)
گُداختن *liquefacere* [r. z. tac v. تاختن + گُ (§ 123, h)]	گُداز

Inf.	Imp.
گُرِیختن coll. گُریفتن (§ 46, f) *fugere* [r. z. et s. ric + گ (§ 123, h)]	گُرِیز, unde گریزیدن
میختن *mingere* [r. z. miz, s. मिह्]	مِیز, unde میزیدن
نَواختن *blandiri* [r. z. et s. vac + ن (§ 123, i)]	نَواز

Not. 1. Alia verbi افراختن forma est اَفراشتن, cuius imperativus etiam est اَفراز; vid. infra § 178, b.

Not. 2. In imperativo پَز verbi پُختن eiusque causativo پَزانیدن ab imp. derivato vocalis *a* radicis z. et s. pac rursus apparet.

Not. 3. Ab imp. ریز verbi ریختن oritur ریزیدن F., cuius alia forma est ریشیدن B., lit. ز cum ش permutata (§ 54, k, ε).

Not. 4. Auctor lexici Raschîdî (l. l. p. 42) addit آختن *extrahere* cum imp. آز, quem tamen alia lexica ignorant. V. suppl lex. nostri s. h. v.

b) Lit. خ permutatur cum س.

Inf.	Imp.
شَناختن *scire* [r. ap. khsnâç = z. khshnâ, forma aucta radicis z. zan (zâ) = s. ज्ञा]	شَناس

c) Lit. خ permutatur cum ش.

Inf.	Imp.
دُوختن *mulgere* (cf. دوختن *figere, consuere* supra § 176, a) [r. z. dug, s. दुह्, दोग्धि]	دُوش, unde دوشیدن
فُروختن *vendere* (cf. supra § 176, a فُروختن = افروختن *incendere*) [r. z. et s. vac + فر (§ 123, e)]	فُروش

d) Alia forma substituitur.

Inf. | Imp.

پیاختن *torquere* = پیاچیدن | پیچ
[coll. z. pikha *nodus*, vd. 9, 41, phl. פיחך]

سَاختن *librare* = سناجیدن [1]) | سَنج
[r. z. çac, s. शक्]

کُسیاختن *rumpere* [2]) | کُسل
[r. z. çar, s. शर् (शॄ) cl. 9]

Not. 1. Imp. سنج verbi ساختن a synonymo سَناجیدن mutuatus est, e quo ساختن litera gutt. خ cum cognata pal. ج permutata (§ 46, d) et inserta lit. ن ortum esse videtur (§ 65, b).

Not. 2. Imp. کُسل a verbo inusitato کُسلیدن mutuatus est, unde causat. کُسلانیدن, quod ad verbi formam کُسستن referendum est (کسیاختن در اصل کُسستن بوده Splieth l. l. p. 43), lit. *r* radicis z. çar cum *l* permutata (§ 62, d, 1) coll. § 177, e, not. 2.

Not. 3. Auctor grammaticae persicae lex. Raschîdî praefixae (l. l. p. 42) verbis in ختن terminatis addit آهیاختن et نشاختن, quorum imperativos irregulariter formari dicit, quum ex primitiva forma آختن et نشانیدن orta sint. Plure v. in suppl. lex. nostri s. v. آهناجیدن et نشستن.

177. Verba in تن praemissa lit. س hanc literam, si ante *t* assimilatione e dentali aspirata (§ 54, f) orta aut ad v. subst. هست referenda (§ 128, a, γ) est, plane abiiciunt aut alio modo compensant. — Si autem lit. س ad ipsam verbi radicem pertinet, aut cum alia palatali commutatur (§ 54, i) aut cum lit. aspirata ه, quam etiam e dentali aspirata oriri posse supra (§ 49, II, β) pluribus expositum est.

a) Lit. س ante ت assimilatione e dentali aspirata orta (§ 54, f) aut ad v. subst. هست referenda (§ 128, α, γ) abiicitur.

Inf.	Imp.
آجستن *figere, plantare*	آج
[r. z. jan, s. हन् + آ (§ 123, a)]	
آراستن s. آرستن *ornare* [1])	آرای s. آرا
آرستن *posse*; cf. infra بارستن [1])	آر
[utriusque verbi r. z. râd, s. राध्+آ (§ 123, a)]	
بایستن *oportere*	بای
پایستن *exspectare*	پای
[utriusque verbi r. z. et s. pad (§ 60, a)]	
پیراستن *exornare*	پیرای s. پیرا
[r. z. râd + پی (§ 123, h); cf. آراستن]	
تُوَانستن *posse*	تُوَان, unde توانیدن
[r. z. et s. tu coll. § 128, a, γ]	
جُستن *quaerere* [2])	جوی s. جُو unde جوئیدن
[r. z. jad, s. गद् coll. § 54, f et 67, b, δ]	
خایستن s. خائیدن *mandere*	خای
[r. z. khshu coll. § 46, g et 128, a, γ]	
دانستن (دانیدن) *scire*	دان
[r. z. et ap. dâ (*ΔΑΩ*) coll. § 128, a, γ]	
رُستن s. روئیدن *crescere* [2])	رُو
[r. z. rud, s. रुह् coll. § 54, f et 67, b, δ]	

Inf.	Imp.
رِيستن s. رِيسيدن (§ 128, a, α) i. q. رِيدن *sordes facere* [r. z. irith (§ 54, f)]	رِی
زِيستن s. زِستن *vivere* [2]) [r. z. ji, jîv, s. जीव् coll. § 128, a, γ]	زِی
شايِستن *decere* [r. z. khshi, s. क्षि coll. § 58, d, α et 128, a, γ]	شاى
شُستن s. شوئيدن *lavare* [2]) [r. z. çud, s. शुध् coll. § 54, f. 58, a et 67, b, δ]	شُو
گِرِيستن s. گِرِستن s. گِرئيدن *flere* [2]) [r. z. gared forma auct. radicis z. gar, s. गर् (गृ) cl. 9 coll. § 54, f et 67, b, δ]	گِرِی
مانِستن *similem esse* [r. z. et s. mâ; coll. s. उपमान et § 128, a, γ]	مانْ
نِگَرِيستن s. نگرستن s. نگريدن *respicere* [r. z. kar, s. कर्, चर्कर्ति (§ 128, a, γ) + ن (§ 123, i)]	نِگَر
يارَستن *posse*; cf. supra آرَستن [1])	يار

Not. 1. Pro آرا imp. verbi آراستن et پيرا imp. verbi پيراستن etiam scribitur آرای et پيرای, unde آرائى, آرايَم etc. et پيرائى, پيرايَم etc.; vid. supra § 169, a, not. 2; § 170, c, not. 4 et § 173, a, not. Alia verbi آراستن forma est آرَستن *ornare* et *posse* correpta vocali secundae syllabae, qua posteriore significatione etiam alia forma يارستن in usu est, يا pro آ posito, de q. v. § 123, a, *β*.

Not. 2. Verborum جُستن, رُستن et شُستن primitiva forma جُوستن, رُوستن et شُوستن fuisse videtur, quum in imperativo haec lit. و rursus appareat. Conf. شُدن s. شودن imp. شَو. — Eadem de causa verborum زِستن et گِرِستن formae primitivae sine dubio sunt زيستن et گريستن, quum in imp. vocalis *î* producta appareat.

b) Lit. س ante ت assimilatione e dentali aspirata orta (§ 54, f) compensatur lit. ن vel syllaba ين—

Inf.	Imp.
شِكَستن coll. اشكستن s. اشكندن *frangere* [r. z. çkeñd s. çcid (çciñd), s. छिद् cl. 7 (§ 54, f et 58, f)]	شِكَن
نِشاستن *sedere facere* [1])	نشان
نِشستن *sedere* [2]) [utriusque verbi r. z. had, s. सद् coll. निषद् (§ 54, f et 65, b) + ن (§ 123, i)]	نِشين

Not. 1. Verbum نِشاستن est causale producta voc. *a* ex نِشستن *sedere* ortum, ut گذاشتن ex گشتن, گذاشتن ex گذشتن (§ 126, a), cuius imp. نشان ad usitatiorem causativi formam نشانيدن referendus videtur.

Not. 2. Pro نشستن leguntur etiam in lex. persicis formae decurtatae نِشتن B. et شِستن F. et pro imp. نشين forma decurtata شين B.

c) Lit. س ad radicem pertinens permutatur cum ز (§ 54, i) et vocalis praecedens *â* transit in vocalem *î* radicis.

Inf.	Imp.
خاستن *surgere* = خيزيدن [r. z. khiz (§ 54, i)]	خيز

d) Lit. س, ad radicem pertinens, permutatur cum aspirata ه (§ 49, II, β).

Inf.	Imp.
جَستن [1]) s. جِيستن *salire; liberari*	جَهيدن , unde جَه
[r. z. jaṅh (jah), s. जस् (§ 54, f)]	
خَواستن *cupere, velle*	خَواهيدن , unde خَواه
[r. s. श्वस् pro स्वस् (z. qâd?)]	
رَستن *liberari*	رَهيدن , unde رَه
[r. z. raz, s. रह् (§ 49, I, α et 54, f)]	
كاستن *diminuere*	كاهيدن , unde كاه
[coll. z. kaçu, phl. כם, p. كِه (§ 49, I, α et 54, α)]	

Not. 1. In lex. F. legitur etiam imp. regularis جَس verbi جستن sine exemplo.

e) Alia forma ad radicem pertinens substituitur.

Inf.	Imp.
بَستن *ligare* [1])	بنديدن , unde بَند
[r. z. bañd, s. बन्ध् coll. § 54, f et 65, a]	
پَيوَستن *coniungere* [1])	پَيوَند
[r. verbi بستن coll. § 66, c + پى (§ 123, d)]	
گُسِستن *rumpere* [2])	گسليدن , unde گُسِل
[r. z. çar, s. शर् (शृ) cl. 9 + گُ (§ 123, h)]	

Not. 1. Lit. س verbi formae بستن assimilatione orta est ex dentali aspirata radicis (§ 54, f) lit. n radicis simul eiecta (§ 65, a). Eodem modo zend. 𐬠𐬀𐬯𐬙𐬀 baçta, pers. بستة *ligatus,* adiecta participii terminatione 𐬙𐬀 ta, pers. تة, a radice 𐬠𐬀𐬧𐬛 bañd for-

matum est. — Idem valet de verbo پیوستن ex praef. پی (§ 123, d) et verbo وستن pro بستن, lit. ب cum و permutata (§ 66, c), composito.

Not. 2. De verbo گسستن vid. supra § 176, d not. 2 sub alia forma گسیختن.

178. Verba in تن praemissa lit. ش. In verbis regularibus haec lit. sibilans, quum ad ipsam radicem pertineat, in imperativo remanet; in anomalis autem verbis aut cum alia sibilanti permutatur aut in lit. ر transit. Quum lit. muta ش ante infinitivi terminationem تن literae sonorae ر, quae in radice est, locum obtinuerit, quia sequitur altera lit. muta ت (§ 62, a), abiecta infinitivi terminatione lit. primitiva ر rursus compareat necesse est. Pauca etiam verba in imperativo aliam formam substituunt.

a) Lit. ش, ad radicem pertinens, retinetur et verbum est regulare, e. g.

Inf.	Imp.
کشتن *interficere* [r. z. kush, s. कुष् cl. 9]	کش

Not. Huc referenda etiam videntur verba سرشتن *subigere* r. z. carj? forma aucta radicis z. çar et آغشتن *madefacere*, d. q. v. suppl. lex. nostri s. v., quae tamen imperativo et temporibus ab illo derivatis carere dicit Lumsden (l. l. t. I, p. 68). Chodzko omittit v. سرشتن et imperativum verbi آغشتن ignotum esse dicit. V. infra آغاشتن § 178, d.

b) Lit. ش cum alia sibilanti ز (§ 58, c, δ) vel س (§ 58, c, ε) permutatur, producta simul ante literam س vocali i.

Inf.	Imp.
أفراشتن *extollere* coll. al. forma افراختن p. 138 [r. z. rag, s. रंघ् + اف (§ 123, b)]	أفراز

Inf.	Imp.
رِشتن *nere*	رِيس
[r. z. ric, s. रिच् cl. 7]	
نِوِشتن (نُبِشتن) *scribere*	نِوِيس
[r. z. pish, s. पिष् cl. 7 + ن (§ 123, i)]	

Not. Verb. افراشتن ab imp. افراز verbi افراختن derivandum est, lit. ز cum ش permutata (§ 54, k, ε). — Verb. رشتن ex رستن F., Bh. ortum videtur, lit. س cum ش permutata (§ 54, k, ε), unde imp. ريس producta voc. *i* et aliae verbi formae ريستن F. et ريسيدن B. derivantur. — Eodem modo imp. نويس ex نوشتن ortus est, lit. ش cum س permutata (§ 58, c, ε) et voc. *i* producta.

c) Lit. ش transit in literam ر radicis, quacum est commutata (§ 62, a).

Inf.	Imp.
أنباشتن *implere*	أنبار
[r. z. bar, s. भर् + ان (§ 123, c)]	
أنگاشتن *opinari*	أنگار, undė انگاردن
[r. z. et s. kar + ان (§ 123, c)]	s. انگاريدن
أوباشتن *deglutire*	أوبار
[r. z. bar, s. भर् + او (§ 123, b)]	
پَنداشتن *existimare*	پَندار
[r. z. dar, s. धर् + ن (§ 123, i) praef. پ (§ 124)]	
داشتن *tenere*	دار
[r. z. dar, s. धर्]	
كاشتن s. كِشتن *seminare*	كار
[r. z. karesh, s. कर्षं]	
گاشتن [1]) *vertere*	گار
[r. z. vareṭ, s. वर्तं (§ 47, c)]	

Inf.	Imp.
گُذاشتن *transire*	گذاردن, unde گُذار s. گذاریدن
گُذَشتن idem [utriusque verbi r. z. tar, s. तर् (तॄ) cl. 1 + گْ (§ 123, h)]	گُذَر
گُماشتن *committere* [r. z. mar (pro hmar), s. स्मर् + گْ (§ 123, h)]	گمازیدن, unde گُمار
نِگاشتن *pingere* [r. z. et s. kar + ن (§ 123, i)]	نگاریدن, unde نِگار
نَوَشتن[2]) *plicare* [r. z. vareṭ, s. वर्त् + ن (§ 123, i)]	نوردن, unde نَوَر et نوردیدن

Not. 1. Verb. گُاشتن proprie est caus. verbi گُشتن ut گُذاشتن caus. verbi گُذشتن et نشاستن caus. verbi نشستن (§ 126, a).

Not. 2. De verbo نوشتن v. infra § 178, d, not. 2 ad v. گُشتن pertinèntem.

d) Alia verbi forma substituitur.

Inf.	Imp.
آغاشتن s. آغَشتن B. s. آغیشتن F.[1]) *madefacere*	آغاردن ab آغار
گَشتن[2]) *se vertere* [r. z. vareṭ, s. वर्त्]	گُردیدن a گَرد
هِشتن[3]) *relinquere* [r. z. harez, s. सर्ज् (सृज्, सृजति)]	هلیدن a هِل

Not. 1. Alia verbi forma est آغاردن, unde imp. آغار. Plura de hoc verbo eiusque radice v. in suppl. lex. nostri s. v. V. etiam § 178, a, not.

Not. 2. Verb. گُشتن est alia forma verbi گُردیدن, cuius r. z. est

varet, lit. *r* radicis ante تن in ش mutata (§ 58, b et 62, a), abiecta simul lit. *t* radicis, ut in verbo cognato نَوَشتن = نوردن s. نورديدن.

Not. 3. Verb. هشتن est alia forma verbi هِليدن (هيليدن) B. et ad r. z. harez referendum, cuius lit. *r* cum lit. *l* in هليدن permutata est, in هشتن prorsus evanuit, in cognato هراشيدن autem integra remansit (§ 62, b et d, 1).

179. Verba in تن praemissa lit. ف sunt regularia, si hanc literam in imperativo retinent. In anomalis lit. ف aut cum labial. ب et و permutatur (§ 61, c) aut plane abiicitur aut denique alia verbi forma substituitur.

a) Lit. ف retinetur et verbum est regulare.

Inf.	Imp.
شِكافتن [1]) *findere*	شِكاف
شِكُفتن [1]) *efflorescere*	شكوفيدن a شُكوف

Not. 1. Utriusque verbi شكافتن et شكُفتن r. z. est khshub, s. क्षुभ् et quum pro شكُفتن etiam usitatum sit كُفتن s. كُفتن, fortasse etiam كافتن *findere, fodere* et كوفتن *tundere* aliae formae sunt verborum شكافتن et شكُفتن et ad eandem r. z. khshub, s. क्षुभ् referendae, nam complexui z. khsh, s. क्ष् non solum respondet كش vel شك (شكّ), sed etiam lit. simplex ش et ك (كّ) coll. § 45, e et 58, d, *a* et e, 2. — In lex. Men. legitur شكفتن et شكوفتن.

b) Lit. ف permutatur cum ب (§ 61, c).

Inf.	Imp.
آشوفتن (آشُفتن) [1]) *conturbari* [r. z. khshub, s. क्षुभ् + آ (§ 123, a)]	آشوب
تافتن (تَفتن) *lucere, torquere* [r. z. et s. tap]	تاب, unde تابيدن

Inf.	Imp.
رُفتن s. روفتن [1]) *verrere* [r. z. rup, s. लुप्]	رُوب
شِتافتن *festinare* [r. z. et s. tap + ش (§ 123, g)]	شِتاب, unde شتابیدن
شِکیفتن *quietum, patientem esse* [r. z. khshub, s. क्षुभ् coll. suppl. lex. nostri s. v.]	شِکیب, unde شکیبیدن
فِریفتن *fallere* [r. z. dab s. dav s. div + فِر (§ 123, e), quum فریفتن ex فَرِدفتن ortum sit (§ 67, b, δ)]	فِریب
کُوفتن *tundere* [r. z. khshub, s. क्षुभ् coll. § 179, a, not. 1]	کوب, unde کوبیدن
یافتن [2]) *invenire* [r. z. ap (âf), s. आप् + یا = ایا phl. איא pro آ (§ 123, a, β)]	یاب

Not. 1. Imp. روب a verbo روفتن SHL. producta vocali *u* deducendus est, qua longa vocali و ُ alia quoque huius generis verba, ut کوفتن, آشوفتن, scripta sunt. Formas leviores esse رُفتن et آشفتن diserte dicit auctor grammaticae pers. ed. Splieth (p. 43) : چون فارسیان طالب تخفیف اند واو روفتن وآشوفتن را گاهی حذف کنند وبضمه اکتفا نمایند.

Not. 2. Pro imperativo یاب etiam یف dici posse affirmat lex. Seven Seas (t. VII, p. 47, l. 2) auctor. Antiquior verbi یافتن forma est ایافتن coll. phl. יאפתנן = איאפתנן et pa. ayâftan, quae cum z. âyapta cohaerere videtur.

c) Lit. ف permutatur cum lit. و (§ 61, c).

Inf.	Imp.
رفتن *ire*	رو
[r. z. harp s. hrap?, s. सर्प्]	
کافتن *findere, fodere*	کاو, unde کاویدن
[r. z. khshub, s. क्षुभ् coll. § 179, a, not. 1]	
گفتن *loqui*	گو
[r. ap. gub coll. agaubatâ Beh. I, 84, 90, al.]	

Not. Huc quoque referendum est verbum شنفتن (§ 61, c) *audire,* quae est alia forma verbi شنودن imp. شنو; vid. supra § 170, b.

d) Lit. ف abiicitur.

Inf.	Imp.
پذیرفتن *accipere*	پذیر
[r. z. harp s. hrap?, s. सर्प् + پذی (§ 123, d)]	

e) Lit. ف abiecta vocalis radicis simul producitur.

Inf.	Imp.
گرفتن *capere*	گیر
[r. z. garew, ap. garb, ved. ग्रभ्, s. ग्रह्]	

f) Alia forma substituitur.

Inf.	Imp.
خفتن *dormire*	خفت
[r. z. qap, s. स्वप् coll. § 46, e]	
سفتن *perforare*	سفت
[r. z. çif, s. छिप्]	

Inf.	Imp.
شِکُفتن *mirari*	شِکُفت
[r. z. khshub, s. क्षुभ् coll. § 45, e et 58, d, *α* et e, 2]	
نِهُفتن *abscondere*	نِهُفت
[r. z. ghup? pro gup + ن (§ 123, i)]	

Not. Haec quatuor verba contracta videntur ex aliis formis, quae in ـيدن exeunt, quia in imperativo lit. ت remanet. Lexica formas خفتيدن B., سفتيدن F., شکفتيدن B. re vera exhibent, quibus addenda videtur forma نهفتيدن, et quum in grammatica lexico Seven Seas adiuncta (t. VII, p. 47 init.) formae خفتند, سفتند et نهفتند ut aoristi verborum خفتن, سفتن et نهفتن afferantur, non dubito, quin imperativi modo propositi recte sint formati. Quod probatur etiam causativis horum verborum, quae ab his imperativorum formis addita terminatione ـانيدن sunt deducta, ut خفتانيدن, سفتانيدن etc. — Lumsden (l. l. t. I p. 70) verbo خفتن imperativum خُسپ a خُسپيدن (cf. Seven Seas t. VII p. 43, l. 6) et verbo سفتن imperativum سُنب a سُنبيدن attribuit; verbum شکفتن prorsus omisit, verbi autem نهفتن imperativum نهفت hoc versu e Sâdii Bost. depromto probare studet : جوابش نگر تا چه مردانه گفت ✿ که چندين ستايش چه گفتی نهفت, cuius tamen secundum hemist. falso vertit : *be silent; why do you praise me so much?* Accedit quod hic versus falso lectus est pro genuino, quem exhibet ed. Grafii (p. 399, l. 10) : برآورد سر سال خورد از نهفت ✿ جوابش نگر تا چه پيرانه گفت, in quo نهفت est nom. subst., ut vertendum sit : „*caput extulit senex ex occulto; respice quod responsum dedit seni dignum.*“ Sed imp. نهفت legitur etiam in gr. pers. Ibrahîmi (l. l. p. 84), pro quo tamen Chodzko affert نهوف, qui praeterea animadvertit, verbum نهفتن hodie inusitatum esse. Imperativum a v. نهفتن et آلفتن = آشفتن (§ 63, a, 1) non formari dicit auctor lex. Raschîdî (l. l. p. 44). Magis usitatae videntur formae cognatae نهنبيدن et آشفتن d. q. v. suppl. lexici nostri s. v. — Aliorum verborum خفتن, سفتن et شکفتن imperativi sec. Chodzko sunt :

خفت et خسپ, سنب et شکُفت et sec. **Ibrahîm** خسب, سنب et شکُفت, qui tamen pro خفتن aliam verbi formam خسبیدن recepit. Imperativum سنب pro سفت attribuit etiam auctor lexici Raschîdî (l. l. p. 43) verbo سفتن. Cf. § 65, b. Denique in lex. Seven Seas (t. VII p. 47 init.) imperativus خفت hisce versibus probatur, metr. متقارب : شاعر ✿ شتر بچه با مادر خویش گفت ✿ پس از رفتن آخر زمانی بخفت i. e. *„Pullus cameli matri suae dixit : itinere facto aliquamdiu recumbe“* et سعدی ✿ نگه کرد شوریده از خواب گفت ✿ مرا فتنه خوانی وگوئی مخفت i. e. *„Oculos tollens turbatus e somno dixit : calamitatem me nominas, attamen dicis ne dormias“*, quibus adde versum Bostâni (l. l. p. 399, l. 2) : که ای زنده چون هست امکان گفت ✿ لب از ذکر چون مرده برهم مخفت i. e. *„O homo vivens, si loquendi facultas tibi est, ne cubent labia tua, unum super alterum, ita ut talis mortui recordari non possis.“*

VERBA IMPERSONALIA.

180. Verba **impersonalia** sunt بایستن *oportere* et شایستن *decere*, quae in 3 tantum pers. sing. aoristi, praesentis et imperfecti sunt usitata. Itaque dicitur :

Aoristus.	Praesens	Imperfectum.
بایَد / شایَد } cum vel sine به	بایَد / شایَد } می s. همی	می s. همی بایست بایستی s. می s. همی شایست شایستی s.

Legitur etiam praet. abs. بایست Fr. 28, 17 et نباید interdum significat i. q. مبادا *„ne sit; ne fiat“* e. g. metr. متقارب : نظامی ✿ نباید که مارا شود کار سست ✿ سبو ناید از آب دایم درست i. e. *„Ne languescat nobis opera; situla non semper recte exit ex aqua.“* Bh. s. v.

181. Synonymum verbi شایستن est سِزیدن B. s. سزائیدن F. et ut impersonale in 3 pers. sing. eorundem temporum usurpatur, ut سزاید Fr. 28, 17; سزد Chr. Sch. 83, 202; Sp. Chr. 81, 12; همی سزید Chr. Sch. 57, 398. — Utrumque verbum etiam significat *dignum esse*, qua tamen significatione, ut alia verba, per omnes personas flecti solet.

182. Ut in dialecto phl. et pa. ita in lingua persica impersonaliter usurpatur تُوان *potestas*, cui supplemus verbum subst. *est*, quasi dicimus *potestas est* pro *possibile est*, *licet*, gall. *on peut;* unde توان داشتن i. q. *posse* e. g. in hoc. hem., metr. متقارب : بیچاره‌گری چون ندارم توان i. e. *si opem ferre non possum* Sec. Nam. 312 fin. Idem significat می توان praeposita part. می (§ 135) ad tempus praesens magis indicandum. Nam توان, quocum consentit phl. תובאן (Sp. Hg. § 133, Justi Bund. p. 111 s. v.) et pa. טואן tuān (Sp. Pg. § 90), proprie est nom. act. suff. ان e rad. تو = z. et s. tu *posse* formatum et significat *potestas, potentia* (توان بمعنی تاب وطاقت است Bh. s. v. ناتوان), unde comp. poss. ناتوان (non habens potestatem) i. q. *impotens* coll. ناتوان بین *qui videre non potest* et ناتوان گیر *qui prehendere non potest.* Inde dicitur توان کرد s. می توان کرد *facere licet;* توان گفت *dicere licet;* توان خورد *edere licet;* توان رفت *ire licet*, sim.; sed توان referri etiam potest ad 1 et 2 pers., quum dicant توان بر خیزم pro توانم بر خاستن *surgere possum* et میتوان رفتن pro توانی رفتن *ire potes* et توان per se positum etiam significat i. q. توان کرد *licet facere* et i. q. توانی کرد *facere potes* et i. q. توانم *possum*, ut lex. Bh. auctor hisce verbis docet: توان بالضم لفظیست موضوع برای معنی طاقت وتواند وتوانست ماخوذ است ازین واکثر با لفظ کرد وغیره مستعمل چون توان کرد وتوان خورد وتوان رفت وتوان گفت ومانند آن وگاهی تنها بمعنی توان کرد وتوانم کرد وتوانم نیز آید ✿ سنجر کاشی ✿ به شعر خاص تو سنجر نمی رسم چه توان ✿ لغت غریب ومرا احتیاج فرهنگ است ✿ وازین قبیل است توان بر خیزم بمعنی توانم بر خاستن ✿ کمال

اسمعیل ✿ آنقدر بار بدل نه که توان بر خیزم ✿ ظهوری ✿ با مرگ یا وصال سخن ختم می کنم ✿ زین پیش با فراق مدارا نمی توان ✿ وابو طالب کلیم ✿ کز اقبال ثانی صاحب قران ✿ شکار چنبین صید وحشی توان ✿ ای توان کرد یا آنکه ممکن است ✿ هاتفی ✿ کنم چون خودیرا اگر پیروی ✿ دگر کی توان دعوی خسروی ✿ نخست از سرم باید افسر نهاد ✿ که تا در کلاهش توان سر نهاد ✿ ای توانم سر نهادن وتوانم دعوی خسروی کردن وتوان رفتن بمعنی توانی رفتن ✿ زخود رفتی کلیم اما گران مژگان بر گشتنه ✿ مرا تکلیف بر گشتن کند کی میتوان رفتن Bh. Alia exempla leguntur Gul. 96, 23; 152, l. ult. Sp. Chr. 16, 9; 18 med. 25, 2. 3. Pend. 57 fin. Fl. Ali's Spr. 19, 6; 37, med.; 51, 4.

183. Verba impersonalia eodem modo ac verbum auxiliare خواستن futuro simplici formando inserviens construuntur, sequente nimirum infinitivo apocopato, ut باید کرد *oportet facere*, توان گفت *dicere licet.* In poetico autem sermone infinitivus etiam praecedere potest e. g. مرا خواند باید جهان آفرین „*me nominare oportet mundi creatorem*“ Fr. 19, 12; دید نتواند „*videre non potest*“ Fl. Ali's Spr. 35, l. antep. Haud raro tamen vulgaris quoque infinitivi forma in تن vel دن post verba impersonalia legitur e. g. سخن باندیشه باید گفتن وحرکت پسندیده باید کردن i. e. „*loquendum est considerate et agendum laudabiliter*“ Gul. 146, 18. 19 et in hoc versu, metr. مجتث:

بجای دون صفتانی که مردم آزارند ✿ بهیچ وجه نکوئی نمی توان کردن i. e. „*Ignobilibus, qui homines affligunt, ullo modo benefacere non licet*“ ex Anv. Sooh. f. 93, r. l. 21 desumto.

Praeterea verba impersonalia باید et شاید construuntur cum coniunctione که *ut*, quae tamen etiam omitti potest, ut dicant e. g. شاید ببارد *pluere potest* et شاید مرا شاه بخوهد *fieri potest, ut rex me advocet*, d. q. plura v. in Synt.

DE NOMINIBUS.

GENUS.

184. Persae ut in aliis orationis partibus ita in nominibus genera non distinguunt ulla terminatione. Genus rerum inanimatarum in lingua persica nullum est, ut روز *dies*, شب *nox*, خانه *domus*, خواب *somnus*, جان *anima*, تیر *sagitta*, خرد *mens*; sexus autem hominum ceterorumque animantium aut propriis nominibus exprimitur, ut پدر *pater*; مادر *mater*; برادر *frater*; خواهر *soror*; مرد *vir*; زن *femina*; پسر s. فرزند *filius*; دختر *filia*; کنیز s. کنیزك *puella* et *ancilla* opp. غلام *servus*; خروس *gallus*; ماکیان s. خانگی مرغ (s. مرغ Chodzko) *gallina*; غوچ, t. قوچ, *aries*; میش *ovis* (Chodzko addit اسپ s. نریان *equus admissarius*; مادیان *equa*; ورزو *bos*; گاو *vacca* [etiam *bos*]; ریش سفید *senex*; گیس سفید *ănus*; شوهر *maritus* et زن s. کوچ s. خانه *uxor*) aut, ubi commune est utriusque sexus nomen neque ex orationis contextu genus nominis cognosci potest, appositis vocibus quibusdam, quae sexum designant, ut مرد *vir*; زن *femina*; پسر *filius*; کنیز *puella* de hominibus, et نر s. نره *mas*; ماده *femina* de animalibus. — Tales voces nominibus aut praeponuntur, ut oriantur composita determinativa, aut instar adiectivorum ope vocalis *i* (§ 216) postponuntur; e. g. پیر مرد *senex*, پیر زن *vetula*, مردگدا *mendicus*, زن‌گدا *mulier mendicans*, نرگاو *bos*, ماده‌گاو *vacca*, شیرِ نر *leo*, شیران نر *leones*, شیرِ ماده *leaena*, شیران ماده *leaenae* al.

Not. Excepta dialecto zend. et antiquiore persica, quae una cum lingua sanscrita tria genera distinguunt, ceterae dialecti persicae, phl. et pars. in exprimendo genere cum lingua persica consentiunt, sed desunt exempla, quibus probari possit parsicam dialectum ad genus

masc. et fem. accuratius definiendum vocabula apponere, qualia sunt پسر، کنیز، نر et ماده (Sp. Pg. p. 49). — Voc. نر = phl. nar est zend. 𐬥𐬀𐬭 nar s. 𐬥𐬀𐬭𐬀 nara, s. नार् s. नर, vocabuli autem ماده = phl. ماتک origo a zend. 𐬨𐬁𐬙𐬀𐬭 mâtar, nom. mâta = s. मातृ, nom. माता, *mater* deducenda videtur.

185. Saepe diversum genus arabicis quoque nominibus, quibus Persae utuntur, distingui solet, ut محبوب *dilectus, amicus* et محبوبه *dilecta, amica;* مرحوم *mortuus* et مرحومه *mortua.* Adiectiva autem arabica semper genere masculino adhibentur, ut پسرِ مقبول *filius gratus* et دخترِ مقبول *filia grata,* ماديانِ ضعيف *equa invalida.*

Nominibus feminini generis Chodzko (l. l. § 111) adnumerat duas voces persicas in ـو terminatas يارو *amica* et بانو *matrona* et voc. خانَم *domina* (proprie *regis uxor*) et كمينه *minima.*

NUMERUS.

186. Numeri nominum substantivorum et, quae substantivorum vice funguntur, adiectivorum duo sunt: Singularis et Pluralis.

Forma Dualis propria prorsus caret lingua persica. In arabicis vocabulis dualis arabicus adhiberi solet e. g. نعلَين *par calceorum, calcei* Gul. 110, 6 et Bost. 335, 89, ubi schol. interpretatur: دو نعل وآن يكنوع كفش است; rarius arabici dualis terminationem ـين etiam persicis vocabulis adiectam legimus, ut in زُلفَين Spieg. Chr. 118, 4 infra et in ذو الخورشيدَين vocabulo ad normam ذو القرنين formato Bh., quo usus est استاد درويش واله هروى in hoc vs., metr. هزج: تا مهرِ تو گشت نور افشان ✿ ذو الخورشيدين شد خراسان i. e. „*Ex quo sol tuus radios emisit, Khorâsân duos soles possedit.*"

Pluralis duae sunt terminationes ـان et ها, quarum priorem ان hominum ceterorumque animantium nominibus

affigere lex est universalis e. g. مرد s. مردم *homo*, pl. مردان s. مردمان; زن *mulier*, pl. زنان; گاو *bos*, pl. گاوان; خر *asinus*, pl. خران; شیر *leo*, pl. شیران. Attamen nomina animalium ratione carentium etiam terminationem ها assumere possunt, ut dicant e. g. شتر *camelus*, pl. شتران et شترها; اسپ *equus*, pl. اسپان et اسپها; مرغ *avis*, pl. مرغان et مرغها al.

Posterior ها, in sermone vulgari auctoribus Ibrahîm (l. l. p. 26) et Chodzko (l. l. § 125) maxime usitata, rerum quidem inanimatarum nominibus propria est, ut سنگ *lapis*, pl. سنگها; باغ *hortus*, pl. باغها; بار *onus*, pl. بارها; گنج *thesaurus*, pl. گنجها al.; sed saepius cum altera ان commutatur, neque in adhibenda una alterave terminatione alia lex statuenda est, quam usus loquendi. Sic usitata est terminatio ان in اختر *stella*; آفتاب *sol*; چشم *oculus*; رگ *vena*; ناخن *unguis*; رز *vitis*; گیاه *herba* al.; in aliis autem nominibus utraque terminatio ان et ها promiscue usurpatur, qualia sunt روز *dies*; شب *nox*; سخن *verbum*; لب *labium*; دست *manus*; پای *pes*; ابرو *supercilium*; گوهر *gemma* (جمع کردن گوهر بالف ونون شاذ است schol. in Sec. Nam. p. 8, l. 8); درخت *arbor*; میوه *fructus*; گل *rosa* al.; denique in nonnullis nominibus unius alteriusve terminationis usus simul vocabuli significationem immutat, ut e. g. گردنها significet *colla* et گردنان *optimates*, *proceres*; سرها *capita* et سران *praefecti*, *duces*.

Not. De usu terminationis plur. ان haec leguntur in lex. Bh. I p. 52 init.: باید دانست که کلمه ان علامت مطلق جمع است خواه ذو العقول باشد چون حکیمان وندیمان وپادشاهان وگدایان ودانایان ومنصوریان ومرمیان ✿ صائب ✿ خوش آن ملال که از آستین مرمیان ✿ نسیم سوده الملس بر جگر می خورد ✿ رضی ارتیمانی ✿ سرِّ انا الحق ازین پیش بنازم هفت ✿ زهره منصوریان هین سر وهین پای دار ✿ گفته اند که کاووسیان اگرچه من حیث القیاس صحیحست اما زبان زد نیست شدادیان وکیانیان

شهرت دارد واین محل تامّل وخواه غیر ذوی العقول چون گاوان
وخران ومرغان وکرمان وچشمان وستارگان اختران ونهالان
وگیاهان وگُلان وآفتابان وماهان ولبان وابروان ومژگان ودستان
وپایان وبازوان ودرختان اینقدر هست که در ذوی حیات
قیاسی است ودرغیر ذی حیات سماعی اعم ازانکه عضو باشد
مثلا چشم ولب یا نبات مثل گیا ودرخت که میگویند دهنان
وزبانان بر قیاس چشمان ولبان وهمچنین نمیگویند سنبلان
ونرگسان وخاران بر قیاس گُلان.

187. Pluralis terminationes ـان et ها nominibus, quae in alias consonantes quam ا, و et ه occultum exeunt, sine ulla mutatione affiguntur, ut exempla modo allata docent.

188. Nomina autem, quorum ultima lit. est ا vel و in vocali sui generis quiescens ante pluralis terminationem ـان vel ها literam ی euphonicam (§ 26) assumunt, ut دانا *sapiens*, pl. دانایان; پا *pes*, pl. پایها et پایان; بدگو *calumniator*, pl. بدگویان; گو *pila*, pl. گویها.

Post lit. و interdum etiam omissa est lit. euph. ی, e. g. بازو *brachium*, pl. بازُوان Gul. 26 fin.; نیکو *pulcer*, pl. نیکوان Jos. et Sul. 21 fin.; ابرو *supercilium*, pl. ابروها et ابروان Bh. s. v., et pluralis vocabuli نیا *avus* est نیاگان Chr. Sch. 32, 79 lit. گ pro ی euph. posita, d. q. v. infra § 190 not.

189. Eadem lit. ی reperitur in perpaucis nominibus, quae aliis consonantibus terminantur, ut سال *annus*, pl. سالیان, praeter سالها et سالان Fr. 20, 1; Chr. Sch. 26, 6, unde سالیانه; ماه *mensis*, pl. ماهیان, praeter ماهها et ماهان Bh., unde ماهیانه.

190. Nominibus, quae in ه occultum exeunt, pluralis terminatio ـان ope گ euphonici affigitur, lit. ه interdum expressa plerumque tamen omissa (§ 94, b), e. g. بنده *servus*, pl. بندگان; مُرده *mortuus*, pl. مردهگان Pend. 45, 1. — Eadem nomina ante pluralis terminationem ها lit. ه occultam amittere solent (§ 94, d), e. g. جامه *vestis*, pl. جامها; نامه *liber*, pl. نامها.

Not. Persarum grammatici pluralis terminationes گان et یان statuunt; sed separandae sunt literae گ et ی a terminatione ان, quum l. ی sit mere euphonica, l. گ autem a primitiva ك descendat in nominibus phl. adhuc usitata, quae tamen prorsus abiecta est a) in nominibus pa. et pers. vocalibus *â*, *î* et *û* terminatis, e. g. دانا *sapiens*, pa. dânâ, phl. داناك, pl. دانایان, pa. dânâgân s. dânâyân, phl. داناكان; روستا *rusticus*, pa. rûçtâ, phl. روستاك, pl. روستایان, pa. rûçtâgân s. روستایان, phl. روستاكان; نیا *avus*, pl. نیاگان coll. phl. نیاك, z. nyâka; ماهی *piscis*, pa. mâhî, phl. ماهیك, pl. ماهیان, pa. mâhigân, phl. ماهیكان. Cf. آهو *peccatum*, pa. âhô = phl. אהוך; ترازو *libra* = phl. תראזוך; زانو *genu* = phl. זאנוך s. שְׁנְך, z. zhnu; نیرو *robur*, pa. nîrô = phl. נירוך, et b) in persicis, quae in ه occultum exeunt, quibus respondent nomina pars. vocali *a* terminata (§ 92), e. g. خواسته *opes*, pa. qâsta = phl. خواستك; بنده *servus*, pa. bañda = phl. بندك, pl. بندگان, pa. bañdagân, phl. بندكان. Lit. گ igitur in terminatione pl. گان, pa. [illegible] e primitiva ك emollita est (§ 47, a). V. Sp. Pg. § 32.

191. In quibusdam nominibus persicis pluralis in ان etiam ut singularis usurpatur, e. g. مژدگان i. q. مژده *nuntius;* مژگان i. q. مژه *cilium*; دندان i. q. دند *dens*; بازارگان s. بازرگان *mercator*, qui proprie est pl. voc. بازاره a بازار *forum*, ope suffixi relat. ه formati significatione: *is qui in foro* (بازار) *sedet et mercaturam exercet* Bh.; ساران i. q. سار s. سر *caput* B. Huc pertinet etiam voc. یزدان i. q. ایزد *Deus* B., qua significatione in parsica quoque dial. usitatum est coll. Sp. Pg. 190, 18.

192. Alia pluralis terminatio cum arabica femininorum consentiens est ـات vel جات (raro كات Chodzko), si sing. exit in ه occultum, ut نوازش *blanditiae*, pl. نوازشات; قلعه *arx*, pl. قلعجات; نامه s. نوشته s. مراسله *epistola*, pl. نامجات Jones, نوشتجات Lumsden et مراسلجات Chodzko; حواله *commissio*, pl. حوالجات Chodzko; شوره *terra salsugine abundans*, pl. شوركات Chodzko. Sed reperitur tantum in nonnullis libris persicis recentiore tempore in India editis, ut in *vita*

Nâdir Schâhi, in libro *Tûtî-Nâmah*, *Hâtim-Taï* al. et ab incorrupta persici sermonis integritate plane abhorrct. — Praeterea usitata est term. ar. ات in voc. persicis سردسيرات *loca frigida* et گرمسيرات *loca calida* coll. H. Mong. t. I, 214; Not. et Extr. t. XIV, 1, 208 et in يانات pl. vocis يان ex ar. هذيان *deliratio* decurtatae et in voc. cagataico ايل *tribus*, cuius plur. est ايليات sccundum Chodzko (l. l. § 130) al.

193. Dcnique Persae in haud paucis vocabulis persicis pluralis fracti arabici unam alteramve formam imitati sunt, quam praeter usitatum pluralem persicum adhibent e. g. رخت pl. رُخوت H. Sclj. 195, 10; رند pl. رُنود ibid. 246, 8; تركمان pl. تراكمه; هيتال pl. هيتله; افغان pl. افاغنه; كُون pl. أكوان; كُس pl. أكواس; خاتون pl. خواتين; خاقان pl. خواقين; دهقان pl. دهاقين; فرمان pl. فرامين Bh., d. q. plura v. in lex. nostro.

194. In arabicis nominibus praeter pluralem sanum et fractum etiam persica pluralis terminatio ان vel ها usitata est, e. g. عاقل *sapiens*, pl. عاقلان; غم pro ar. غمّ *maeror*, pl. غمان ad analogiam syn. pers. اندوهان s. اندهان; وقت *tempus*, pl. وقتها; علوفه *stipendium*, pl. علوفها. Quum autem Persae multos plurales fractos arabicos ut singulares usurpent (§ 107, a), hisce nominibus etiam persicam pluralis terminationem ان vel ها affigunt e. g. امرا ab امير *princeps*, pl. امرايان; سِفلَه *ignobilis, vilis* pro سَفَلَه a sg. سافِل, pl. سفلگان; ارباب a رَبّ *dominus, princeps*, pl. اربابان; حور ab احور f. حوراء i. q. *virgo*, pl. حوران; اجزا a جُزء *pars*, pl. اجزاها; آداب ab ادب *boni mores*, pl. آدابها; آمال ab امل *spes*, pl. آمالها; اطراف a طرف *latus*, pl. اطرافها; عجائب ab عجب *res mira*, pl. عجائبها. — Huc pertinent etiam exempla بنادرات *portus maritimi*, عجائبات *res mirae* et عيوبات *vitia* a Chodzko (l. l. p. 73) allata, ex quibus patet recentiore

tempore pluralibus fractis, quales sunt بنادر, عجائب et عيوب, pro persica terminatione ان vel ها etiam arabicam ات affigi posse.

195. Pluralis duplicis exemplum est ناکسانان, quod legitur in hoc versu poetae سوزنی ab auctore lex. Bh. I, 135 allato, metr. رمل : اندر ایام تو بر خوان غرور روزگار ✿ ناکسانان کس شده خوردند لوزینه سیر i. e. „*Diebus tuis in mensa fallaciae mundi ignobiles, homines facti, dulciariis amygdalinis se satiaverunt.*"

Eiusdem generis sunt formae rariores pluralium trium pronominum : مایان s. ماها pro ما; شمایان s. شماها pro شما, vel تایان pro شما; ایشانان s. ایشانها pro ایشان, quae tamen in bonis Persarum scriptis vix unquam reperiuntur. V. Seven Seas t. VII p. 34, l. 19 et Lumsden l. l. t. II p. 75 et 76. Sed ماها et شماها in sermone vulgari usitata esse contendit Chodzko l. l. p. 108 n. 1. — V. etiam نعلینها in lex. nostro.

Not. In dialecto parsica exstant etiam plur. terminationes ان et ها (هیا, ωυدد hyâ), quarum tamen posterior ها maxime usitata est. In pehlevica autem dialecto sola est plur. terminatio ân = p. ان, cuius origo a terminatione genitivi plur. zend. vel sanscr. âm (z. ãm, s. आम्) ducenda est, quod probant etiam themata pluralia pron. 1 et 2 ps. ما et شما coll. osset. *max* et *smax*, quae ad gen. plur. z. ahmâkem et yûshmâkem, s. अस्माकम् et युष्माकम् tantummodo referenda sunt. Auctore Boppio (Vg.[2] I, § 240) hoc suff. ان e terminatione acc. pl. s. आन् ortum est. Attamen in recentioribus praesertim libris phl., ut in Bundehesh, alia quoque terminatio phl. يها, quae etiam in dialecto parsica usitata est et proprie adverbiis formandis inservit (Sp. Hg. § 45 et 150; Sp. Pg. § 31 sqq.), ad pluralem formandum usurpatur, e. g. کوفیها = p. کوهها a sing. کوف, p. کوه *mons* B. 24, 10; آپویها et آپان = p. آبها a sing. آپ, p. آب *aqua* B. 25, ult.; رونیها = p. رودها

a sing. روت , p. رود *fluvius* B. 50, 14 et چشمکیها = p. چشمها a sing. چشمک , p. چشمه *fons* B. 55, 2. Interdum یها alii pluralis terminationi اٖن affixa legitur, e. g. اپانیاك کوفانیها *ceteri montes* B. 18, 14, pro quo al. l. B. 21, 15 legitur اپانیاك کوفان sine terminatione یها. — Talis formationis adverbialis reliquiae quum adhuc supersint in adv. persicis تنها *solum*, بارها *per vices*, دیرها *longo tempore, diu*, quae simillima sunt adverbiis persicis altera pluralis terminatione اٖن formatis, ut بامدادان = بامداد *diluculo, mane*; صبحدمان s. صبحگاهان = صبحدم s. صبحگاه *tempore matutino, mane*; بهاران *tempore verno* = در وقت بهار Bost. 400, 3 et 14; ناگاهان = ناگاه *subito* al., haud ineptum videtur plur. terminationem ها in hac terminatione adverbiali یها agnoscere. — Quum suff. ها proprie plnrali rerum inanimatarum formando inserviat, B o p p i u s (Vg.[3] t. I § 241) ad nomina gen. neutr., quae zend. in 𐬀𐬢𐬵 a ṅ h = sanscr. अस् exeunt, recurrens hoc suff. a primitiva horum nominum terminatione nom., acc. et voc. a ṅ h a (â o ṅ h a) pro usitata â o derivat, cui responderet ap. â h â s. a h â, si huius terminationis in dial. ap. ullum superesset exemplum. — Sed veram terminationis plur. phl. یها, pa. h â, h y â, p. ها originem invenisse mihi videtur vir doct. L e r c h in commentatione „über das Pluralsuffix im Ossetischen“ inscripta (Bulletin de l'Ac. imp. de St. Petersb. t. VIII p. 43—50), quum dicat illi respondere terminationem ossot. t'a s. t'ä = kurd. t e (in edit. Erzerum. = d i, -d) eamque aut solam aut pluralis terminationi usitatiori affixam plurali formando inservire, ut sit e. g. kurd. (kurmāndi) plur. comp. k e l e̥ - s â n̩ e t e̥ *praedones* = plurali simplici k e l e̥ s e t e̥, plane ut supra allatus plur. phl. کوفانیها est i. q. plur. کوفان *montes*. Terminatio autem osset. t'a, t'ä, kurd. t e primitive est articulus = notae Izâfet vel Kesrae descriptionis et ad relativum ap. t y a referenda (§ 198 not. 1). Praeterea articulus adhibitus est ad flexionem, quae evanuit, quasi compensandam. Sic in dial. osset. nominativo et accusativo definito affigebatur demonstr. j e (sec. Schiefner j ä), quod postea, quum suff. t'a ad plur. distinguendum usurparetur, pro terminatione habita est eamque ob causam cum suffixo plur. quasi coaluit. Eodem modo explicanda videtur lit. ی coniunctiva in plur. phl. کوفانیها = کوفان *montes*.

DE CASUUM FORMATIONE.

196. Persica declinatio a sanscrita et zendica prorsus discrepans duas tantum casuum terminationes, utriusque numeri communes, distinguit, quarum una genitivum exprimit, altera dativum et accusativum.

NOMINATIVUS.

197. Nominativus proprio charactere prorsus carens in singulari nuda nominis forma exprimitur, in plurali autem huius numeri terminationibus ـان et ها, § 186—195 accutius descriptis.

GENITIVUS.

198. Genitivi character est vocalis *i* nomini regenti affixa et *Kesra relativa* (كسرهٔ اضافى) appellata, quum Persae hanc nominis regentis (مُضاف) cum nomine recto (مضاف اليه) coniunctionem, quam I z â f e t (اضافت) i. e. *relationem* dicunt, plane ut Hebraei, non in nomine recto sed in regenti exprimant, e. g. نامِ پدر *nomen patris*, پسرانِ مادر *filii matris*. Sed usurpatur etiam hoc Izâfet in a p p o s i t i o n e (اضافت بيانيه) e. g. درختِ اراك *arbor Arâk*; رودِ جيحون *fluvius Jaihûn* i. e. *Oxus fluvius*; شهرِ طوس *urbs Tûs*; ملكِ ايران *regnum Persiae* et in c o m p a r a t i o n e (اضافت تشبيهى s. اضافت وصفى) e. g. ناىِ گلو *arundo gutturis* i. q. *arteria aspera* (λάρυγξ), quia instar arundinis est; طبلِ شكم *tympanum ventris*, quia venter tympano similis est; دايهٔ ابر *nutrix nubis*, quia nubes nutricis instar irrigat; فرّاشِ باد *cubicularius venti* i. e. ventus, qui instar cubicularii res expandit. Plura de usu genitivi v. in Syntaxi.

Not. 1. Genitivi notam Izâfet, quacum etiam vocalis *i* descriptionis consentit substantivis cum adiectivis coniungendis inserviens (§ 216

et 217 not. 2), proprie esse relativum dialectorum antiquiorum persicarum, quod articuli vices gerit, communis est virorum doctorum opinio. In dialecto phl. et parsica exprimitur etiam lit. ɹ i. De origine autem huius Izâfet viri docti in diversas sententias abeunt, quum alii illam notam derivent a relativo zend. 𐬫𐬀 ya (Zeitschrift f. d. K. des M. t. 4 p. 436; Sp. Hg. § 50 p. 65 et Pg. § 37 p. 52), alii a relativo ap. tya (Bopp Vg.[2] t. I p. 471—476). Sane relativum z. ya aut per casus flexum aut forma neutrali nominativi et accusativi 𐬫𐬀𐬝 yaṯ (𐬵𐬫𐬀𐬝 hyaṯ s. 𐬫𐬫𐬀𐬝 yyaṯ) positum etiam articuli postpositi vices gerere potest, d. q. v. Sp. Zg. § 293 sqq. coll. aḣvâo açtvataçcâ hyaṯcâ manaṅhô i. e. *duorum mundorum, corporei et spiritualis* Y. 28, 2; aidyûnãm hyaṯ urunô *animae equitum* Y. 39, 4 coll. Yt. 13, 154, ubi yaṯ pro hyaṯ. Quum vero dialectus ap. cognatione proxima sit pehlevicae, parsicae et persicae eiusque relativum tya, nom. hya, instar articuli accipiendum sit sive ante substantiva, ut gaumâta hya mag̓us i. e. *Gaumâta ὁ Magus* Beh. I, 46 et in acc. gaumâtam tyam mag̓um i. e. *Gaumâtam τὸν Magum* Beh. I, 49 et 50, sive ante adiectivum ad praecedens substantivum relatum, ut kâra hya hamitřiya i. e. *populus ὁ inimicus* Beh. I, 79 et 80 coll. II, 30 et 31, sive interdum etiam ante genitivum, quem sequitur nomen regens, ut hya ku̓raus putřa i. e. *ὁ Κύρου υἱός* Beh. I, 39. 53, sive denique, quod saepissime invenitur, instar articuli postpositum nominativo vel accusativo singularis nominis substantivi, quod sequitur genitivus vel pro genitivo locativus ab illo dependens, ut kâram tyam nad'itabirahyâ i. e. *illum exercitum τὸν* Nad'itabiri Beh. I, 88 et 89 et avam kâram tyam bâbirauv (loc.) i. e. *illum populum τὸν Babylone* Beh. III, 84 et 85, sine dubio praeferenda est sententia illorum, qui notae Izâfet originem a relativo ap. tya, nom. hya, repetunt, quod probatur etiam comparatione cum dialecto persica, quae kurmãndi nomen habet, a viro doct. Lerch in comment. „über das Pluralsuffix im Ossetischen" (Bull. de l'acad. imp. des sc. de St. Petersbourg t. VIII p. 43 sqq.) instituta. Nam articulo *i* dialectorum pehlevicae, parsicae, zazae et persicae respondet articulus in dial. kurmãndi usitatus, qui in sing. praeter *i* etiam sonat *a*, *e̱* et *e*, in plur. autem *di* et *d* eaque articuli forma ob lit. *d* minime referri potest ad rel. z. ya, sed facile explicantur et sing. et plur. formae, si ad rel. ap. tya, nom. hya, referuntur, quum lit. *d* articuli plur. respondeat lit. *t* formae tya et vocales

i, a, e̲ et *e* ex nominativo **hya** ortae sint, cuius lit. initialis *h* facilius evanescere potuit quam litera *t* formae **tya**.

199. Si nomen regens terminatur lit. ه occulta, genitivi nota *i* ope signi ء apponitur (§ 41 et 94), ut بندۀ سلطان *servus Sultani.*

200. Si nomen regens exit in litt. ا vel و in vocali sui generis quiescentes, lit. ی euphonica (§ 26): *Ja relationis* (یای اضافت) dicta in fine adiicitur, quae genitivi signum *i* accipiat. Quam quidem literam, quum grammatici ut *Hamzam lenem* (همزۀ ملیّنه) efferendam esse dicant, Hamza quoque signo saepe insignitam invenies aut cum illo permutatam, e. g. پایِ قلعه *pes arcis* H. Mong. t. I p. 206, l. 12 coll. پایِ خود *pes suus* Pend. p. 12, l. 8; رویِ زمین *superficies terrae* coll. رویِ اوراق *frons foliorum* H. Mong. t. I p. 64, l. 4; p. 194, l. 1 et در رویِ تو *in vultu tuo* Pend. 66, 7; زورقهاء ملاّحان *naviculae nautarum* H. Mong. t. I p. 152, l. 1; cf. p. 266, l. 15. Sec. nam. p. 137, l. 13. 15; p. 139, l. 14. 16; p. 141, l. 15. 18. — Contra autem dicitur پرتوِ آفتاب *radius solis;* گاوِ زمین *bos terrae,* quum lit. و consonantis vim habeat.

201. In nominibus ipsa lit. ی terminatis haec lit., ut solet, genitivi nota *i* insignitur et instar Hamzae lenis, modo superscriptae modo omissae pronuntiatur, e. g. معنیٔ آن *sensus eius* H. Mong. t. I p. 32, l. 7; بندگیِ پادشاه *servitium regis* ibid. p. 276, l. 2; تلخیٔ مرگ *amaritudo mortis* Pend. p. 40, l. 14. 15; cf. etiam Sec. nam. p. 141, l. 14; میِ صاف *vinum purum* Pend. 82 med.

Metro exigente hanc literam ی duplicare licet, ut in versu poetae جامی a **Lumsdenio** (l. l. t. II, p. 247) allato, metr. رمل:

بیخودیِّ من زعشقت گرچه از حد درگذشت i. e. „*Licet amentia mea propter amorem tuum finem et modum transierit.*“

202. In quibusdam vocabulis genitivi nota *i* ex usu loquendi omitti solet. Talis omissio, quam Persarum grammatici قطع اضافه s. فکی اضافه vocant, locum habet :

1) in vocabulis, quae significant *possessor, dominus* sim., ut صاحب, میر pro امیر, نائب, ولی et *amator* عاشق, et *inimicus* دشمن, de quibus lex. Bh. auctor dicit : صاحب بدون اضافه ؟ مستعمل بلکه مقیّس علیه سایر کلمانست واز خصایص لفظ میر است که بقطع کسرهٔ اضافه آید مثل لفظ صاحب ونائب بقطع اضافه ؟ آید مثل صاحب وولی مقابل عدو وبمعنی صاحب وخداوند چون ولی عهد وولی نعمت بقطع اضافه وعاشق بدون کسرهٔ اضافه از عالم صاحبدل ومیر آب ومانند آن ودشمن مقطوع الاضافه ؟ آید Bh. Exempla sunt: صاحب دل *homo cordatus* et *vir religiosus, sanctus*; صاحب افسر s. صاحب تاج وتخت i. q. *rex, imperator*; صاحب کمال i. q. *vir perfectus, excellens*; صاحب مال i. q. *dives*; صاحب هنر *virtute praeditus*; میر آب s. میر بحر *praefectus maris*; میر آتش *praefectus rei tormentariae*; میر بار *admissionum magister*; نائب کرم *vicarius benignitatis Dei*; نائب تنگری *vicarius Dei* met. *Chalifa, rex*; ولی عهد *successor*; ولی نعمت *benefactor*; عاشق باده *amator vini*; عاشق شکار *venandi studiosus*; عاشق قمار *lusui aleatorio deditus*; دشمن حیا *a verecundia aversus*; دشمن خانمان *a re domestica alienatus*; دشمن وعده, *qui a promissione vel voto abhorret*;

2) in praepositione زی *versus, ad* in Schahn. saepius usitata, de qua lex. Bh. auctor dicit : واز جهت اشباع کسره عند التلفظ مقطوع الاضافه معلوم میشود Bh. e. g. زی من Fr. 20, 12; 23, 9; زی تهمتن ibid. 29, 24; زی زابلستان ibid. 31, 8;

3) in voc. نیم *dimidium* e. g. نیم نان *dimidium panis* Sp. Chr. 14, fin., ubi vocalis metrica addenda est coll. نیم نانی cum art. indef. Gul. 18, 17; نیم روز *meridies*; نیم شب *media nox*

چنانچه نیم شب وجز آن که مقطوع الاضافه است ابدًا) Bh. s. v. اول شب);

4) in voc. اوّل, پس, ته, دامن, سر, شاه et میان, in quibus tamen omissio notae genitivi *i* non semper observatur, sed maxime ex usu loquendi pendet :

a) اوّل *initium* in compositione اوّل روز *initium diei* et اوّل شب *initium noctis* (اوّل شب در اصل ترکیب اضافیست لیکن بکثرت استعمال کسرهٔ اضافه محذوف شده چنانچه نیم شب وجز آن که مقطوع الاضافه است ابدًا Bh.), sed metro exigente dicitur اوّلِ شب ut in hoc vs., metr. رمل : قدسی ✿ چون سرِ زلفش بدستم افتد از خود میروم ✿ همچو طفلان اوّلِ شب خواب می آید مرا i. e. „*Si extremitas cincinnorum illius in manum meam cadit, exanimor, instar infantum prima nocte somnus me complectitur;*"

b) پس *postica pars* in compositione پس دیوار *quod post murum est*; پس کوچه *quod post vicum est*; پس فردا *dies perendinus.* Sed ut adv. loci significatione *pone, post* aut seorsim vel praecedente praepositione ope Izâfet cum sequenti nomine coniungitur, aut seorsim sequente از construitur, d. q. v. lex.;

c) ته *pars inferior, imum rei,* e. g. ته بساط i. e. *res viliores, exigui pretii, quae post venditionem remanent* (بقطع اضافه Bh.); ته جام s. ته پیاله s. ته مینا s. ته شیشه s. ته سبو s. ته جرعه s. ته پیمانه i. e. met. *parvum, quod superest ex vino in fundo poculi,* sim., qua tamen significatione sec. lex. Bh. auctorem etiam ته dicere licet (کنایه از شراب اندك که در ته سبو وشیشه وغیر آن بماند واینهمه مقطوع الاضافه اند وباضافه نیز آمده Bh.); ته بازار s. تهِ بازار i. q. *forum* (باضافه وقطع الاضافه همان بازار Bh.); sed dicitur تهِ دل, تهِ میدانی, تهِ حسن, تهِ پا (باضافه Bh.);

d) دامن in compositione دامن کوه s. دامنِ کوه *pes s. radices montis* (بفکی اضافه نیز آمده Bh.);

e) سر in quibusdam compositionibus, e. g. سر انجام *exitus rei, finis;* سر خواب *primus somnus;* سر زمین *finis, limes;* سر مایه *summa capitalis* coll. سرِ مایهٔ گوهران از نخست Schahn. ed. Mohl t. I, 8; سر منزل *locus, quo quis divertit;* سر وقت *tempus, quo quis a curis vel negotiis liber sibi soli vacat;* سر لشکر s. سر گروه s. سر خیل *praefectus agminis, dux exercitus;* سر چشمه *fons;* سر حد *finis, confinia, limites;* سر انگشت *extremitas digiti;* سر کار *praefectus, praepositus;* sed dicitur etiam سرِ چشمه et سرِ حد (باضافه وبدون اضافه Bh.) et سرِ انگشت (باضافه نیز می آید) سرِ کار et (بدون اضافه ? آمده Bh.), et سرِ رشته met. *quantitas exigua* (باضافه Bh.) diversum est a سر رشته, quod significat met. *ordinatio* vel *dispositio negotii* Bh. et *propositum, cogitatum, optatum* B. Plures alias eiusmodi compositiones v. in lex. — Contra autem dicitur سرِ بالین propre *extremum lecti* i. q. *cervical* (باضافه Bh.);

f) شاه in compositione شاه جهان *rex mundi* et شاه بندر *praefectus, in cuius manu sunt reditus ex vectigalibus viariis* (بفکی اضافه Bh.);

g) میان in quibusdam compositionibus, ut میان پا s. میان ران s. پاچه i. q. شلوار *femoralia* et i. q. فرج *pudenda;*

5) in compositionibus saepius usitatis, quales sunt: آبدست pro آبِ دست *lotio sacra* (باضافه غساله وبمجاز بمعنی وضو واستنجا کردن اشتهار یافته وبکثرت استعمال اضافهء آن ساقط شده Bh.); آبِ رو vulg. آب رو i. q. *honos* (در اصل باضافه ودر عرف بفکی اضافه Bh.) coll. از وی آب روی بیزاری کنند Pend. 66, 3; آسیاب *mola aquaria* pro آسِ آب; سیلاب *fluxus aquae, torrens;* سگابی s. سگ آب pro سگِ آب *castor;* شبخون s. شبِ خون s.

شبیخون *invasio nocturna* (باضافه وبدون اضافه Bh.) opp. روز خون (بسکون ثالث B.); گلنار pro گلِ نار, unde ar. جلنار *flos mali punicae*; نیِ شکر et نَیشکر *arundo saccharifera* (باضافه وقطع اضافه Bh.), quum contra dicant نَیِ قند *idem* (باضافه Bh.); روز بازار pro روزِ بازار *nundinae*; کافر نعمت pro کافرِ نعمت *ingratus* (این لفظ همیشه مقطوع الاضافه آید Bh.); نمد زین pro نمدِ زین *id, quod substernunt sellae equestri* (در اصل باضافه بوده که بکثرت استعمال حذف شده Bh.); جانماز pro جایِ نماز *locus precibus faciendis*; پا علم *pes vexilli*, pro quo tamen etiam پایِ علم dicitur (باضافه وبدون اضافه Bh.), sim.

Huc pertinet etiam omissio notae genitivi *i* in nom. propriis, ut غلام حسین pro غلامِ حسین.

203. Praeterea genitivi notam *i* etiam supprimere licet, si metrum exigit, e. g. بکشور مه pro بکشورِ مه Chr. Sch. 87, 8; بصورت آدمی pro بصورتِ آدمی Gul. 152, 18; اول pro اولِ in hoc vers., metr. متقارب : سعدی ☆ چه معنیست در صورتِ این صنم ☆ که اوّل پرستندگانش منم i. e. „*quinam sensus latet in figura huius idoli, quod primus adoro*“, et si nom. regens in ه lene exit, e. g. که شایسته تاجی pro که شایستهٔ تاجی Chr. Sch. 31, 58; قطره آب pro قطرهٔ آب Sec. Nam. p. 3 l. atp. coll. Sp. Chr. 56, 15 sqq., ubi schol.: قطره آب بفکِ اضافت اکثر می آید چه قاعده است که در الفاظیکه آخرش های ملفوظه باشد قطع اضافت جائز بود; contra legitur قطرهٔ آب Schahn. ed. Mohl t. II p. 340 vs. 1560; cf. etiam جامه خواب s. جامهٔ خواب *lodix* (باضافه وقطع اضافه Bh.) et کوچه بازار, کوچه باغ, کوچه راه. — Eadem de causa omittitur etiam nota genitivi *i* et Kesra descriptionis in voc. پسر *filius* (از شان اوست

که مقطوع الاضافه ٭ آید Bh.), cuius lex. auctor affert versus, in quibus leguntur exempla: پسرْ بیرحم, پسرْ رز, پسرْ تاك, پسرْ غم, et پسرْ ٭شبیره, et in vocabulo, quod praecedit nomini recto ایزد *Deus* e. g. بنامْ ایزد *in nomine Dei*; سپاسْ ایزد *gratiae Deo* (agantur).

204. Genitivus possessivus etiam circumscribi potest aut praepositione از *ab*, *ex* ante nomen rectum posita aut pronomine dem. آن vel ازان genitivi instar cum sequenti nomine vel pronomine coniuncto, ut dici possit e. g. خانه ازان پدر است s. خانه از پدر است *domus patris est* et خانه ازان اوست s. خانه آن اوست *domus illius est*. Exempla sunt این قلعه از سلطانست *haec arx Sultani est* Not. et Extr. t. IX p. 207; زدختر بکام *ad voluntatem filiae* Chr. Sch. p. 103, vs. 273; سپاس از تو دارم پس از کردگار *gratias ago tibi, dein omnipotenti* ibid. 54, 359; سپاس از خداوند چرخ بلند *gratias* (ago) *domino coeli excelsi* Soohr. p. 180, 5; نشنود از دوست ابله پندرا *non audit insipiens admonitionem amici* pro پند دوسترا Pend. 50, 12; نام خود وازان پدر *nomen suum patrisque*; دوستی ازان کلیله *amicus quidam Calilae* Anv. Sooh. fol. 82 v., l. 3; coll. f. 163 v., l. 19; f. 77 v., l. 15; پسری ازان این ملک *filius quidam huius regis* H. Mong. t. I, 301 not. 101; امروز مشهدست ازان علی بن موسی الرضا *hodie monumentum Alii-ben-Musa Alridâ est* ibid., ubi plura alia exempla editor attulit; یکی تنگ صندوق ازان بهر ماست *cista angusta sors nostra est* Schahn. ed. Mohl t. I, 132; این خانه اوّل ازان که بوده است گفت ازان جدّم *quis primus possedit hoc palatium? respondit: avi mei erat* Pend. 226. Alia exempla v. infra § 252, c.

205. Alia denique genitivum possessivum circumscribendi ratio in recentioribus libris et in sermone vulgari usitata

oritur adhibita voce arab. مال *opes, possessio,* eodem modo, quo in lingua ar. vulgari genitivus synonymo متاع circumscribi solet, e. g. كتابِ مالِ پدر *liber patris*, quem pater possidet; vid. Dombay Gramm. ling. pers. p. 8. Attamen in multis exemplis, quae grammatici afferunt, voc. مال etiam sensu proprio *opes, possessio* verti potest, e. g. این تازی مالِ کیست *cuius est hic canis venaticus?* مالِ من است *meus est,* vel مالِ شما است *vester est,* vel مالِ ایشانست *eorum est,* coll. hoc vs. carminis cuiusdam pastoricii Gilanensis a Chodzko (l. l. p. 114) allato : شب تاره که گرگان میبرند میش ✿ سیاه زلفت حمائل کن بیا پیش ✿ اگر مادر از تو احوال بگیرد ✿ بگو مالِ خدا بود دادم بدرویش i. e. „*Nocte obscura, quum lupi rapiunt oves, cincinnos tuos nigros religa instar monilis et veni ad me. Si mater tua nova quaerit ex te, dic* (illi) : *quod Dei erat pauperibus dedi.*"

DATIVUS ET ACCUSATIVUS.

206. Dativi et accusativi nota est particula را nomini in utroque numero postposita, ut پدررا *patri* et *patrem*, پدرانرا *patribus* et *patres.* Saepe in poetico inprimis sermone uterque casus particula مر nomini praeposita exprimitur altera را sequente, et accusativus etiam sola particula مر altera را omissa, e. g. یکی‌را دوستی بود *cuidam amicus erat* Gul. 70, 11; عابدی‌را پرسید *monachum quendam interrogabat* ibid. 72, 10; مر اورا صد دینار بخشیده بود *illi centum denarios donaverat* ibid. 129, 16; مر حسدرا طلاق باید داد *invidiae repudium remittas necesse est* Fl. Ali's Spr. p. 15, 10; مر آن نامه‌را بر گشاد *has literas aperuit* Fr. 26, 16; مر آن خانه گشتاسبی نام کرد *domum illam Guschtâsbi nomine nuncupavit* ibid 28, 22; cf. Chr. Sch. 264, 11, ubi pro 62. v. 461 leg. 61. v. 446.

207. Si dativus et accusativus cum alio nomine sive genitivo sive copula و sive per appositionem sunt coniuncti

sive denique adiectivum post se habent, particula را non voci, ad quam proxime pertinet, sed illi, quae ultimum locum occupat, adiungitur, e. g. درِ میرِ ووزیر وسلطان‌را *portam Emîri et Vezîri et Sultâni* Gul. 35, 5; رایت وپرده‌را خلاف افتاد *vexillo et aulaeo certamen incidit* ibid. 78, 21; توانگری بخیل‌را پسری رنجور بود *diviti cuidam avaro unus filius aegrotabat* ibid. 143, 17.

208. Eadem de causa signum را in fine integrae propositionis, quae pro dativo vel accusativo accipienda est, locum obtinet, e. g. ستانندهٔ اسب ازوی‌را بمن رسان *eum, qui equum ab illo erepturus est, ad me perduc* H. Selj. 208 fin. Inprimis hoc valet de sententiis arabicis, quas Persae orationi intexere solent, d. q. plura v. in Syntaxi.

209. Dativi signum را nunquam omittitur. Accusativi autem signum را poni solet, si obiectum est definitum, sed omittitur, si est indefinitum vel vagi quid exprimit, e. g. کاغذ نوشتم significat *scripsi epistolam quamcunque*, sed کاغذرا نوشتم *scripsi epistolam, de qua sermo est*, et in compositis verbalibus, si nomen cum verbo quodam auxiliari, ut کردن, فرمودن, نمودن, داشتن al. coniungitur e. g. مراجعت کردن *redire;* قتل فرمودن *interficere;* اقامت نمودن *morari;* انتظار داشتن *exspectare,* al., d. q. v. § 273. In ambiguo autem sermone, quum duorum nominum unum vel alterum pro obiecto haberi possit, accusativi signum را nomini, quod verum est obiectum, perspicuitatis causa addi solet e. g. یزید غلامی زد significare potest: *Yazîd servum quendam percussit* et *servus quidam Yazîdum percussit,* quae tamen ambiguitas, signo را cum obiecto coniuncto prorsus tollitur, ita ut dicendum sit یزید غلامی‌را زد aut یزیدرا غلامی زد. Inde sequitur, particulam را quasi vices gerere articuli definiti, quo lingua pers. caret. Qua de causa etiam را saepe omittitur, si obiectum pronominibus این, آن, خود al. quodam modo est definitum, e. g. یاد دار این نکته از من *memoria*

retine hanc praeceptionem Pend. 58 fin.; ببند آن چار دگری اختیار *sentiet quatuor illas alias* (res adversas) *invito animo* ibid. 60, 7; زحمت خودرا زمردم دور دار ✿ بار خود بر کس میفگن زینهار *molestiam tuam ab aliis amove, onus tuum nulli iniunge* ibid. 79, 1. Sed in definita quoque oratione scriptores in addenda particula را non semper inter se consentiunt, e. g. تو ندانی این سخنرا از گذاف *ne vanum putes hunc sermonem* Pend. 46, 6. Plura v. in syntaxi. — Interdum signum را etiam abundare dicit auctor gram. pers. lexico Raschîdî praefixae (p. 29 ed. Splieth), quod hoc hem. poetae Anvarî probat, metr. مجتث: زمانه طی نکند جز برای حیّرا i. e. *tempus complicat non nisi propter salutem.*

Not. 1. Particula را in dial. phl. et pars. significatione *causa*, *propter* usitata est et a Neriosengh respondenti s. अर्थम् vel casu ablativo verti solet. Nec desunt exempla, ex quibus patet particulae را in ipsa persica lingua eandem significationem *propter* tribuendam esse. Quin ipse lex. Bh. auctor hoc pro certo affirmat, quum interpretetur: را بمعنی برای huiusque rei testandae causa hunc versum poetae زلالی afferat, metr. رمل: زلالی در حکایت دیوانه ورفتن او

ببازار حلب ✿ مصلحترا آتش اندر خانه زد ✿ تند گشت وبانگ بر دیوانه زد i. e. „*Propter salutem coniecit ignem in domum; ira incensus increpuit insanum.*“ Aliud exemplum exhibet Quatremère ex opere زینت التواریخ desumtum in Journ. d. Sav. 1853 p. 379: میرزا الغ بیگ مقابلهء ایشانرا بر جواد عزم عنان داد *Mîrzâ Ulug Baig, ut eis se opponeret, equo cursori propositi sui habenas remisit*, ubi را significat *propter*, *eo consilio*, *ut*. Eodem modo interpretandus est accusativus in exclamatione usitatus e. g. خدارا i. q. برای خدا *propter* s. *per Deum!* (را کلمه ایست که

بمعنی برای نیز آمد شاعر گوید ✿ خدارا یکنظر ای سرو آزاد Splieth l. l. p. 29) coll. hoc hem. poetae جامی, metr. هزج: خدارا بر من بیدل ببخشای i. e. „*Per Deum! propitius esto mihi cordis experti*“ Sev. Seas t. VII, 34 et alio poetae حافظ, metr. مضارع: دل میرود زدستم صاحبدلان خدارا i. e. „*Cor meum amitto, o cordati, per Deum!* Chodzko l. l. p. 70, et قضارا *o sortem!* Gul.

70; 13; 86, 18, et راستی‌را, *profecto!*, ut in hoc hem., metr. رمل : راستی‌را هرکه جان دارد بدیشان مائل است i. e. „*Profecto! quicunque animam possidet, amore rapitur ad illas*" Lumsden l. l. t. II, p. 516 et 517. Antiquior autem particulae را forma est رای *consilium* in praepositione pers. برای *causa, propter* e praep. ب et رای composita adhuc servata, cuius origo repetenda est a voc. ap. râd'iy (§ 67, *δ*), qui est loc. sg. vocis ap. râd *cogitatio, consilium* et significatione *causa, propter* usitatus in avahya râd'iy *ea de causa, ideo* Bh. I, 6. 51; IV, 47. 54. 62. a, 19, d. q. v. Sp. Keilinschr. s. v. et Sp. Hg. p. 67 et 141 et Sp. Pg. p. 55. V. etiam Journ. As. 1839 Avr. p. 313 sqq., ubi J. Müller vocum را et رای originem ad phl. ראם = p. راه *via* (§ 49, II, *β*) referendam esse pluribus demonstrare conatus est.

Not. 2. Altera particula مر, quae in sola lingua persica dativo et accusativo praefigitur, secundum Persarum grammaticos est expletiva, orationi adornandae inserviens, passim etiam ad restringendum et ad vim vocis magis augendam usitata (ومر از جملهٔ کلمات زائده هستکه از برای حسن کلام آورند وگاهی افادهٔ معنی حصر میکند ومر آن بمعنی آنست ومر جان بمعنی جان است B.), qua significatione non solum dativo vel accusativo praeposita legitur, e. g. metr. متقارب : مر اورا رسد کبریا ومنی ✿ که ملکش قدیمست وذاتش غنی i. e. „*Ad illum* (non ad alium یعنی دیگریرا نمیرسد B.) *pervenit superbia et amor sui, cuius regnum antiquum est et persona dives*" coll. hoc hem. Schahn. : مر آن زخم گرزش که یارد چشید i. e. „*Ictum clavae illius quis audet gustare?*", sed etiam nominativo, e. g. in hoc vs. Schahn. : پسر کو نزدیک تو بود خوار ✿ مر او هست پروردهٔ کردگار i. e. „*Filius, qui coram te contemptu dignus est. idem ille a Deo nutritus est*" et in al. hem. مر آن روی وموبش پسند آیدم i. e. ut *vultus et coma illius mihi placeant* coll. multis aliis versibus Schahn. in ZDMG. t. X p. 168 et 171 allatis. — Particulum مر Rückert ad. s. मात्र refert; sed magis placet illius originem e r. z. 𐬨𐬀𐬭 mar, *meminisse* = s. स्मर् (स्म) repetere, a qua etiam derivatur pars. 𐬨𐬀𐬭𐬀 mara, *numerus* = phl. מרך, ut particula مر idem sit vocabulum ac persicum nomen مر, quod significatione *numerus* in libro Schahn. saepe usitatum est.

210. Saepe etiam dativus praepositione بَه seu بِ et با denotatur, ut كنيزكرا بسياه بخش *filiam nigro* (Aethiopi) *dona* Gul. 52, 1; بدو گفت *illi dixit* Chr. Sch. 9, 111; با او گفتند *illi dixerunt* H. Sam. 50, 6 coll. Chr. Sch. 10, 126. Quod quidem dicendi genus recentiore aetate usitatissimum esse docent Ibrahîm (l. l. p. 20) et Chodzko (l. l. p. 68).

VOCATIVUS.

211. Vocativus nominativo exprimi solet praemissa particula vocativa arabica أَى, vel persica اِى *o* (أَى حــرف نداست در عربى بالفتح ودر فارسى وهندى عوام اِى بيباى مجهول واين از توافق لسانين بود اما در هندى كنايى چ بهاى هوز است Bh.), e. g. اى يــل *o heros!* Fr. 29, 11; اى پــدر *o pater!* Gul. 87, 6; اى بار خداى *o domine Deus!* ibid. 83, 10. Pro أى aliae quoque particulae syn. arabicae يا, ايا et ايها usurpantur. Interdum etiam omitti potest particula vocativa, ut in hoc hem. poetae حافظ, metr. مضارع : دل ميرود زدستم صاحبدلان خدارا i. e. *cor meum omitto, o cordati, per Deum!* Chodzko l. l. p. 70.

212. Sed propria etiam est vocativi terminatio vocalis longa ـا *â*, nominibus in fine adiecta, in poetico tamen sermone et in sublimiore orationis genere inprimis usitata, e. g. ساقيا *o pocillator!* Spec. poes. pers. p. 100; خدايا *o Deus!* Gul. 27, 15; بار خدايا *o domine Deus!* Fl. Ali's Spr. 61, 9.

Vocativo terminatione ـا insignito etiam praemitti potest particula vocativa اى *o*, e. g. اى بسا كس *o quam multi!* Fl. Ali's Spr. 37, 10; اى بسا مرد سـود جـويـنـده *o quam multi questus cupidi!* ibid. 47, 8.

213. Eadem vocativi terminatio adiectivis affigitur, ut خوشا *o pulcrum*, بدا *o turpe*, اندكا *o parum*, بسا *o multum.* Si adiectivum cum substantivo est coniunctum haec terminatio aut alterutri aut utrique adiici potest, e. g. بسا اميد seu

بس امیدا *o multa spes!* Fl. Ali's Spr. 47, 3 et 11; بسا قفلا *o multae serae* Jos. et Zul. 143, 1 coll. بدا سلطانیا et خوشا درویشیا in hoc versu poetae خاقانی, metr. : هزج :

کورا بود رنج دل آشوبی ✿ خوشا درویشیا کورا بود گنج تن آسانی

i. e. „*O quam improbus est rex, quem affligit id quod cordi gratum est; o quam probus est Dervish, qui possidet thesaurum tranquillitatis.*“ Cf. infra § 272 sub suff. ا—, b.

214. Reliqui casus, Ablativus, Instrumentalis et Locativus praepositionibus exprimuntur.

Sequuntur casuum terminationes brevi in conspectu positae, qua in tabula genitivi nota ad nomen regens referenda est.

	Sing.	Plur.	
Nom.	—	—ان	—ها
Gen.	—ِ (ٔه, يِ s. ئ)	—انِ	—هايِ s. —هائِ
			s. —هاء
Dat.	—را s. مر—را	—انرا s. مر—انرا	—هارا s. مر—هارا
Acc.	—را s. مر—را s. مر—	—انرا s. مر—انرا	
		s. مر—ان	
			—هارا s. مر—هارا
			s. مر—ها
Voc.	ای — ; ا— cum et sine ای	ای —ان	ای —ها

DE NOMINE ADIECTIVO.

215. Adiectiva pro substantivis posita substantivorum etiam sequuntur declinationem et numeri mutationi sunt obnoxia.

216. Cum substantivo autem coniunguntur adiectiva ope vocalis *i* substantivo affixae, quam grammatici *Kesra descriptionis* (کسرهٔ توصیفی) appellant, nec vel generis vel numeri

subeunt mutationes, e. g. دوست قديم *amicus antiquus*, pl. دوستان قديم.

Not. De origine huius vocalis *i*, quae cum nota Izâfet (§ 198) consentit, supra § 198, not. 1 pluribus disputatum est.

217. De ratione huius vocalis scribendae et pronuntiandae eaedem valent regulae, quas supra (§ 198 sqq.) de genitivi nota Izâfet exposuimus. Itaque dicitur: جامهٔ زرنگار *vestis auro picta* Chr. Sch. 2, 22; جنکهای سخت *proelia atrocia* H. Mong. I p. 372, l. 15; پیشکشهاء لایق *munera digna* ibid. p. 150, l. 13; صوفیء صاق *Sufius purus* Pend. 182, 14; می خوش گوار *vinum suave* Chr. Sch. 7, 87; آهوی خوش‌نظر *dorcas pulcris oculis praedita* ibid. 94, 119; خوی نیك *indoles bona* Gul. 190, 20 al.

Not. 1. Si substantivum exit in ا vel و quiescens lit. ی euphonica vocali Kesra descriptionis insignita etiam omitti potest, ut e. g. dicere liceat هلاکو ملعون pro هلاکوی ملعون et امینا هروی pro امینای هروی. Quod dicendi genus inprimis ad sermonem poeticum spectat, ut in هوا معتدل pro هوای معتدل Sec. nam. 137, 12 et 15.

Not. 2. Nullum igitur est discrimen inter Izâfet et vocalem i Kesram descriptionis dictam, qua substantiva cum adiectivis coniunguntur. At veteres Persarum scriptores utramque notam in scribendo ita distinxisse contendit lexici Sev. Seas auctor (t. VII p. 38, l. 4 sqq.), ut Kesram descriptionis litera ی apposita a genitivi nota Izâfet distinguerent et dicerent e. g. غلامِ عاقل *servus prudentis*, sed غلامی عاقل *servus prudens*. Quae quidem distinctio si ambiguitatis tantum tollendae causa est introducta, mirum sane videtur, cur tam raro haec lit. ی in persicis libris apposita reperiatur, eaque de causa Lumsdenio (l. l. t. II p. 265) facile assentiar, qui articulum indefinitum (§ 272 sub ی = II) hac lit. ی expressum dicit.

DE GRADIBUS COMPARATIONIS.

218. Comparativus et Superlativus a Positivo formantur, prior adiecta terminatione تَر, posterior terminatione تَرِین, e. g. نیك *bonus*, نیکتر *melior*, نیکترین *optimus*; بد *malus*, بدتر s. بتّر *peior*, بدترین s. بتّرین *pessimus*; دانا *sapiens*, داناتر *sapientior*, داناترین *sapientissimus*; زود s. زو *celer*, زودتر s. زوتر *celerior*. — Praeter ترین alia etiam superlativi terminatio ـین s. ـینه usitata est, e. g. بالا et بر *super, supra*, بالائین et برین *supremus* (برین بمعنی بالائین یعنی بلندترین وبالاترین B.); بزرگ *magnus*, بزرگین *maximus* coll. schol. in Bost. 390, 15; پس *pone, post*, پسین *ultimus, extremus* coll. Sp. Chr. 96 l. plt., ubi opponitur نخستین; بِه *bonus*, بهین s. بهینه *optimus* (i. q. بهترین B.); فرو s. فرود *infra*, فرودین *inferior, infimus* (i. q. زیرین B.); کم *paucus, vilis*, کمین s. کمینه *minor, minimus, vilior* (بمعنی کمتر وکمترین وفرومایه B.); کِه *parvus*, کهین s. کهینه *minimus* (i. q. کوچکترین B.); مِه *magnus*, مهین s. مهینه *maior, maximus* (i. q. بزرگتر وبزرگترین B. i. q. بزرگین schol. in Bost. 390, 3 et 15).

219. Ut in dialectis persicis cognatis et in lingua sanscrita, ita etiam in persica lingua gradus comparationis e praepositionibus et adverbiis formantur, e. g. باز *retro*, بازتر *magis apertus* coll. hoc. vs. poetae ظهوری a lex. Bh. auctore s. v. گلوگیر allato, metr. متقارب: دهان بازتر در طمع چون شقاق i. e. *os magis apertum est in aviditate instar fissurae*; بَر *super, supra*, برتر *superior*, برترین s. برین *supremus*; پس s. سِپس *pone, post*, پستر B. s. سپستر F. *posterior*; بیش *plus*, بیشتر *multo magis* coll. Sp. Chr. 14, fin.; پیش *ante*, پیشتر *anterior*; زانسو s. زانطرف *ultra*, زانسوتر s. زانستر s. زاستر et زانطرفتر *ulterior, remotior* B.; زیر *infra*, زیرتر *inferior* C.; فرا *super, supra* et *retro, post*, فراتر *altior* et *magis retro* F.; فرو

infra, فروتر *inferior* Pend. 72, 5, فروترين *infimus* J.; وا part. removendi, واتر *longinquior, magis dissitus* (i. q. دورتر B.).

220. Eaedem comparativi et superlativi terminationes non solum adiectivis arabicis aut substantivis pro adiectivis in lingua persica usitatis, sed etiam ipsi arabici comparativi formae أَفْعَلُ affiguntur e. g. صعب *difficilis*, صعبتر *difficilior*, صعبترين *difficillimus*; أَمْن proprie *securitas*, sed apud Persas i. q. امين *securus*, comp. امن‌تر = امين‌تر *securior* Bh. allato hoc vs. poetae صائب, metr. رمل: درد سر تا نكشى صائب ازين بيخبران ✿ گوشهٔ امن‌تر از خلوت خاموشى نيست i. e. „*Ne dolore capitis afficiaris hisce hominibus ignaris, o Sâjib, nullus angulus securior est quam solitudo tranquilla*;" اعظمتر a comp. arab. أَعْظَمُ *maior*; اوليتر a comp. arab. أَوْلَى *melior* Gul. 88, 1. 179, 4; اوّلتر i. q. بهتر *melior*, a comp. ar. اوّل, quod lex. Bh. auctor sic interpretatur: اولتر يعنى بهتر ودرين تركيب كلمه اول تجريد مستعمل ميشود ومعنى تفصيلى دران ملحوظ نميباشد allato hoc vs. poetae نجيب الدين جربادقانى, metr. رمل: طرّه در زير كلوته كه نهان اوّلتر ✿ كه سر زلف تو بر باد تو لا نكند „*Antias sub calantica habere melius profecto est, quam ut extremi cincinni tui se complicent contra ventum tuum.*"

Not. Comparativi suff. تر plane consentit cum z. 𐬙𐬀𐬭𐬀 tara, s. तर, qua etiam ceterae dialecti, antiquior persica tara, pehlevica תר et parsica 𐬙𐬀𐬭, تر utuntur. Superlativo autem formando sola lingua persica adhibet suff. ين s. ينه, diversum ab usitato z. 𐬙𐬆𐬨𐬀 tema, s. तम, ap. tama et phl. תום, pars. 𐬙𐬊𐬨 s. تم, quod aut comparativo aut positivo affigitur, ut oriatur e. g. a بزرگ *magnus* superlativus بزرگترين s. بزرگين. Quum ex interpretatione lexicographorum persicorum supra § 218 allata pateat suffixum ين s. ينه etiam comparativo exprimendo adhiberi, ut e. g. voc. كمين s. كمينه significari possit i. q. كمتر *minor* et كمترين *minimus* et مهين s. مهينه i. q. بزرگتر *maior* et بزرگترين *maximus*, facile eo adduci possis, ut cum Boppio Vg.[2] § 289[a] p. 33 et 34) illius suffixi

originem ab altero comparativi suffixo z. 𐬫𐬀𐬢𐬵 yaṅh, s. ईयस् s. यस्, nom. ईयान् s. यान् repetas, quod una cum respondenti superlativi suffixo z. 𐬌𐬱𐬙𐬀 ista, s. इष्ठ in ceteris quoque antiquioribus dialectis persicis praeter parsicam in usu est, cuiusque suffixi ista fortasse vestigium etiam in p. مَهِست *gravis*, *ponderosus* (سنگین وگران B. Gl. Sch.) = phl. מַהִיסת s. מַהַסת, z. mazista, ap. mathista adhuc agnoscendum est. Sed verisimilior est sententia, hoc suffixum non aliud esse, quam suff. relativum ـین s. ـینه, quo adiectiva possessiva et quae materiam rei plerumque significant formantur et quod saepe etiam mere expletivum est, ut in اوّلین i. q. اوّل *primus*, آخرین i. q. آخِر *ultimus*, al. Qua in re consentit etiam lex. Bh. auctor, quum dicat, superlativum کهین aut مهین de eo intelligendum esse, cui propria sit parvitas aut magnitudo (بهتر وبهترین معروف وپسین مزید علیه نخستین چه ین کلمهٔ نسبت است که گاهی بمعنی مذکور آید چنانچه در کهین ومهین یعنی شخصی منسوب بمائیّتی که آنرا کِه یا مِه توان گفت وگاهی زایده می آید چنانچه در مثالین واوّلین), ut کهین significet eum, qui re vera parvus i. q. minimus et مهین, qui re revera magnus i. q. maximus est.

221. Ad designandam rerum comparatarum inferiorem Persae utuntur praepositione از et coniunctione که *quam*, e. g. دوست نزدیکتر از من بمنست *amicus* (Deus) *mihi propinquior est, quam ego* Gul. 59, 17; پیشت مردن خوشتر که پس از تو زندگانی کردن *ante te mori dulcius est, quam post te vivere* ibid. 122, 14 coll. ibid. 56, 22. 81, 15. — Nonnulla adiectiva, ut به *bonus*, کم *parvus*, *paucus* positivo quoque gradu ut comparativi construuntur, licet ipsa forma comparativi بهتر, کمتر etiam usitata sit, e. g. زبان بریده بکنجی نشسته صم وبکم ✿ به از کسی که نباشد زبانش اندر حکم i. e. *Surdi, muti, taciturni in angulo sedentes praestant ei, cuius lingua est intemperans* Gul. 7, 16. 17; دروغ مصلحت آمیز به از راست فتنه انگیز *mendacium salubre praestat veritati, quae mala contrahit* Gul. 15, 16;

چو در آید به از توئی بسخن *si te praestantior orationem orsus fuerit* ib. 176, 13; صبر درویش به که بذل غنی *pauperis patientia praestat liberalitati divitis* ib. 70, 8; پای در زنجیر پیش دوستان به که با بیگانگان در بوستان *pedem catenis vinctum habere coram amicis melius est, quam cum peregrinis in horto degere* Gul. 71, 15; اگر فرمائی طبیبی را بخوانیم تا معالجه کند که به شوی *si iusseris, medicum arcessamus, qui te curet, ut melius valeas* ib. 139, 8 coll. سرکه از دست رنج خویش وتره ۞ بهتر از نان ده خدا وبره *acetum et nasturtium, quod quis labore suo sibi comparat, praestat pani et agno domini pagi* ib. 185, 20; cf. etiam Pend. 105, 8, et نیل کم از زندرود ومصر کم از جی *Nilus minor est quam Sendrûd et Aegyptus minor est quam Jai* Spieg. Chr. 99, 5 coll. خویشتن را کمتر از نادان شمر *te ipsum viliorem existima, quam ignarum* Pend. 69, l. ult.; نه گویندگان بر درش کمترند *neque oratores in aula illius minores sunt* Chr. Sch. 6, 71; cf. etiam Pend. 124, 6 Chr. Sch. 12, 158 Gul. 93, 5. Ros. narr. 57, 5.

222. Superlativus, quem dicunt intransitivum vel absolutum, efficitur praepositis vocabulis gradationem significantibus, qualia sunt بس s. بسی s. بسیار *multum, valde*; نیك *bene, valde;* بِه idem et sec. Chodzko et Geitlin خیلی *multum*, al. e. g. بسی بهتر *multo melius* Chr. Sch. 87, 10; نیك سهلست *facillimum est* Gul. 179, 7; سخت سست *valde debilis* Pend. 99 not. 1; نیك زشت *valde turpis, pessimus* Pend. 48, l. ult.; بِه مُیَسَّر *facillimum* (gall. *bien facile*) Gul. 158, 10; خیلی خوب *admodum bonus, optimus* Geitlin et لیلی از زهرا خیلی مقبولتر است *Lailâ multo venustior s. pulcrior est quam Zohrâ* Chodzko.

223. Superlativus exprimitur etiam comparativo absolute posito aut ipso positivo repetito, ut غالب اشعار او درین زمین بزبان پارسیست اگر بگوئی بفهم نزدیکتر باشد *pleraque ipsius carmina in hac regione lingua persica circumferuntur, qua si illa*

recitaveris, facilius intelligentur Gul. 128, 14; هنر بچشم عداوت بزرگتر عیبست *virtus in inimicitiarum oculis maximum est vitium* ib. 109, 5; حکیمان دیر دیر خورند *sapientes tardissime edunt* ib. 178, 15. Cf. etiam ib. 27, 22 et Pend. 35, 4 infra. — Denique in sermone vulgari adverbio باز *rursus, iterum* ante positivum posito superlativum etiam exprimi docet Chodzko (l. l. p. 81) allato hoc ex. دوست شیرین عمر شیرینتر واما وطن باز شیرین است *amicus dulcis est, vita dulcior, sed patria dulcissima.*

DE NUMERALIBUS.

224. Numeralia Persarum e zendicis vel sanscritis maximam partem sunt decurtata, ut e formis comparandi causa hic allatis facile apparebit.

CARDINALIA.

	pers.	zend.	sanscr.
1	یَك	𐬀𐬉𐬎𐬎𐬀 aêva	एक
2	دُو	𐬛𐬎𐬎𐬀 dva, in comp. 𐬠𐬌 bi	द्व in comp. द्वि
3	سِه	𐬚𐬭𐬌 thri	त्रि
4	چَهار s. چار	𐬗𐬀𐬚𐬎𐬀𐬭𐬉 cathware, in comp. 𐬗𐬀𐬚𐬭𐬎 cathru	चतुर् nom. चत्वारः
5	پَنج	𐬞𐬀𐬧𐬗𐬀𐬥 pañcan	पञ्चन्
6	شَش	𐬑𐬱𐬎𐬎𐬀𐬯 khshvas	षष्
7	هَفت	𐬵𐬀𐬞𐬙𐬀𐬥 haptan	सप्तन्
8	هَشت	𐬀𐬯𐬙𐬀𐬥 astan	अष्टन्
9	نُه s. نوه	𐬥𐬀𐬎𐬎𐬀𐬥 navan	नवन्
10	دَه s. داه	𐬛𐬀𐬯𐬀𐬥 daçan	दशन्

Not. Aliae formae numeri يَك sunt يَكَه s. يَكّه et يَكِى s. يَكّى suffixo ه otioso et suff. ى unitatis ê auctae et يو (yô) s. يوده (yôdah), ut in ده يوده = ده يكى *decima pars* (ده از كه است عشر بمعنى حصه يك حصه باشد B.), quod una cum phl. ‫ייזו‬ i. e. ayok, ايوك (Haug an old zend. pahl. gloss. p. 1, de var. lect. advak vel ايفك v. J. Müller Abh. d. B. Ak. III, 3 p. 619 et Justi Bund. s. v. ايوك), ex quo ortum est, et synonymo pars. ‫יז‬ éu s. ‫ץ‬ é in compositione maxime usitato derivandum est a z. ‫ענענע‬ aêva, ap. aiva, *unus*. A phl. ayok repetenda etiam est origo numeri pars. ‫סרטו‬ yak s. ‫וץ‬ îk = p. يكى *unus*. Aliud syn. اى numeri يكى affert Chodzko (l. l. p. 98), quod tamen inusitatum dicit et a quo يازن in يانزده *undecim* derivat, d. q. v. § 225 not. Cum hisce formis arcte cohaeret articulus indefinitus ى = ê Jâ unitatis dictus (§ 272 sub ى = II), qui etiam in dial. phl. et pars. forma ‫ץ‬ , ‫ץ‬ i. e. é usitatus est. Plura v. in Sp. Pg. § 46 et Sp. Hg. § 48. 62 et 67 not. 1. — Pro دو *duo* = pa. ‫יט‬ dicitur etiam sec. Gl. Sch. دوان cum term. pl. ان, quod cum هر coniunctum legitur (دوان بمعنى دو وبا لفظ هر مستعمل ميشود چون هر دوان Gl. Sch.). Inde ortum videtur دوانزده pro دوازده *duodecim*, quod affert lex. F. auctor sine ex. et Chodzko l. l. p. 99. — Num. سه *tres* = pars. ‫ץצ‬ çé, ‫ש‬ çi et ‫ץצ‬ çe in multis compositis literam fin. ه amittit, quum ea ad formam primitivam non pertineat, ut in سپنج pro سه پنج, ستا pro سه تا, سرش pro سه رش, سديكر pro سه ديكر, ستو pro سه تو, سصد pro سه صد, d. q. v. lex. nostr. — Num. چار *quatuor* e چهار = pa. ‫ץעוענ‬ s. ‫ץעוענ‬ decurtatum in comp. plerumque usitatum est. — Denique pro نه *novem* et ده *decem* etiam in usu sunt formae auctae نوه = pa. ‫טוע‬ et داه = pa. ‫כחענ‬ et lit. fin. ه numeri ده s. داه *decem* e pal. ç vocis z. et s. daçan orta est (§ 49, I, *a*).

225. Numeri ab 11 usque ad 19 oriuntur numero minore ut in zend. et sanscrita lingua cum numero denario ده coniungendo, praepositione از s. ز aut interposita aut plane omissa, ut in num. 14, 17 et 18. Qua in compositione haec praepositio از arabicae praepositionis عن *removendi* vel *separandi* notione est accipienda, ut e. g. دوازده *duodecim* proprie signi-

ficet *duo a decem separati*, i. e. duo *praeter* seu *ultra* decem. Sequuntur cum parsicis comparati :

	pers.	pars.
11	یازدَه (یانزَده)	[illegible]
12	دُوازدَه (دوانزده)	[illegible]
13	سیزدَه (سینزده)	[illegible]
14	چَهاردَه s. چارده	[illegible]
15	پانزدَه	[illegible]
16	شانزدَه	[illegible]
17	هَفتدَه (هَفده)	[illegible]
18	هَشتدَه (هَشدَه s. هَژدَه s. هَجدَه)	[illegible]
19	نُوازدَه s. نُوزدَه (نوانزده)	[illegible]

Not. Formae یازده 11 s. یانزده sec. lex. F. sine ex. et Chodzko, پانزده 15 et شانزده 16 ortae videntur e یکزده, پنجزده et ششزده elisis euphoniae causa ultimis numeri minoris litt. ك, ج et ش, quae compensantur producta primae syllabae vocali *a* et in formis یانزده, پانزده et شانزده inserta insuper lit. nasali. — دوانزده 12 ortum videtur ex دوان pro دو, d. q. v. § 224, not. Alia forma ده ودو (proprie *decem et duo*) ad significandum numerum *duodecim* usitata est in Schahn. e. g. t. I p. 328, l. plt. ed. Mohl. — Pro سیزده 13 autem solus Chodzko (l. l. p. 99) offert formam سینزده inserta nasali, recentiore aetate, ut videtur, usitatam. — هفده 17, quod legitur in lex. F. sine ex., ex هفتده elisa lit. ت ortum est, ut هشده 18 ex هشتده, quod tamen solus Iones offert et ex quo etiam aliae formae هژده et هجده lit. ش cum ژ et ج permutata (§ 58, c) ortae sunt, quas M. ex Ll. in lex. suum recepit. — Denique in نوزده 19, quod legitur in lex. F. sine ex. pro نوازده, vocalis *â* correpta est, in alia autem forma نوانزده, quam offerunt Cast. ex G. et Chodzko, insuper inserta est nasalis.

226. Numeri denarii cum zendicis et sanscritis collati sunt :

	pers.	zend.	sanscr.
20	بیست	vîçaiti	विंशति
30	سی	thriçata	त्रिंशत्
40	چهل	cathvareçata	चत्वारिंशत्
50	پنجاه	pañcâçata	पञ्चाशत्
60	شصت s. شست	khshvaçti	षष्टि
70	هفتاد	haptâiti	सप्तति
80	هشتاد	astâiti	अशीति
90	نود	navaiti	नवति
100	صد s. سد	çata	शत
		nom. çatem	nom. शतम्

Not. Vario igitur modo numeri denarii a simplicibus sunt formati. بیست 20 = pa. consentit cum z. vîçaiti, s. विंशति (§ 60, b); سی 30 = pa. derivatum est a سه 3, producta vocali *i* et abiecta lit. fin. ه, quae ad formam primitivam non pertinet; چهل 40 = pa. a چهار 4 liquidis inter se permutatis (§ 62, d) et vocalibus mutatis (pro چهل in comp. etiam forma contracta چل usitata est respondens parsicae); پنجاه 50 = pa. a پنج 5 adiecta terminatione اه, quae ex z. âçata, s. आशत्, posteriore nimirum eiusdem num. z. pañçâçata et s. पञ्चाशत् parte, abiecto z. *ta*, s. त् et sibilo pal. z. *ç*, s. श cum aspiratione ه permutato (§ 49, I, *α*), ortum videtur; شصت s. شست 60 = pa. a شش 6, addita lit. ت = z. et s. ti in z. khshvaçti, s. षष्टि et sibilo ش cum ص vel س permutato (§ 4. 16 et 58, c); denique هفتاد 70 = pa. , هشتاد 80 = pa. et نود 90 = pa. a هفت 7, هشت 8 et نو pro نه 9, adiecta terminatione اد s. د, quae pariter ac litera ت numeralium بیست 20 et شصت s. شست 60 respondet zendicae et sanscr. terminationi ti, quam Boppius una cum termin. z. çaiti, çata, s. शति, शत् et num. z. çata, s. शत 100 recte a z. et s. daçan 10, pers. ده (§ 49, I, *α*), ope suff. z. ti, ta, s. ति, त् et त derivat, quum hae terminationes sine dubio e daçati, daçat et daçata sint decurtatae. Vid. Bopp Vg.[2]

§ 320. — Denique zendico et sanscr. ç a t a respondet p. صد *centum* = pa. [Pahlavi] pro primitivo سد coll. سدپایه *centipes* et سده, d. q. v. lex., lit. س cum ص permutata, ut in شصت 60 pro primitivo شست, ne confundantur cum ar. سد *septum*, *murus* et p. شست *pollex* coll. صد معرب سد وشصت معرب شست چه در کلام فرس قدیم صاد نیامده است ودر رسم خط بصاد نویسند B. Bh. et اما صد وشصت در قدیم بسین مهمله مینوشتند ومتاخرین بواسطهٔ رفع اشتباه بکلمهٔ دیگر بصد نویسند gr. pers. ed. Splieth p. 13.

227. Numeri denarii a v i g i n t i usque ad n o n a g i n t a si cum numeris simplicibus copula و coniunguntur, primum semper locum occupant. Dicunt igitur بیست ویك 21, بیست ودو 22, بیست وسه 23 et sic porro.

228. Numero centenario صد numeri simplices دو 2, چهار s. چار 4, شش 6, هفت 7, هشت 8 et نه 9 sine ulla mutatione praeponuntur, ut dicant دوصد 200, چهارصد s. چارصد 400, ششصد 600, هفتصد 700, هشتصد 800 et نهصد 900. Sed pro سهصد et پنجصد dicitur سیصد 300 et پانصد 500 (§ 225 not.). Denique pro دوصد 200 alia forma دُویست usu est recepta, quae sine dubio e دوی = دُو 2 et e ست pro سد s. صد 100 composita est, ut s. द्वे शते coll. al. formis द्विशतं et द्विशती = z. d u y ê ç a i t ê.

229. Cetera numeralia sunt هَزار 1000 = pa. [Pahlavi], z. [Zend] h a z a ṅ r a, s. सहस्र; دهزار sive بِیوَر 10,000 = pa. [Pahlavi] s. [Pahlavi], z. [Zend] b a ê v a r e (ling. Kharizmiae et mongol. تومان) et صدهزار sive لك, s. लक्ष 100,000, quibus C h o d z k o (l. l. p. 100) addit کرور s. یک کرور 500,000, unde دو کرور 1,000,000; سه کرور 1,500,000; چهار کرور 2,000,000 etc.

230. Plures numeri ope copulae و ita inter se coniunguntur, ut maiores minoribus semper praecedant, e. g. سال عرب چو ششصد وپنجاه وچار شد *quum esset annus aerae arabicae DCLIV* H. Mong. t. I p. 212, l. 1; ومدت ملك اسماعیلیّه

صد وهفتاد وهفت سال بود *tempus regni Ismaelitici CLXXVII anni erant*, ibid. p. 218, l. 9.

231. Cardinalia numeri et casuum mutationibus non sunt obnoxia; attamen in usu est pluralis هزاران *millia*, e. g. ترا صد هزاران سوارست بیش *tibi centum millia equitum sunt et plus*. Fr. 21, 6; صد هزاران مرد *centum millia hominum* Pend. 176, 9 coll. صد هزار اسرار *centum millia arcanorum* ib. 176, 7.

ORDINALIA.

232. **Ordinalia** formantur e cardinalibus adiecta terminatione ـُم = phl. ום et pars. ـُم s. ـُمِ a suff. zend. et sanscr. ma derivanda, cui etiam suffixum relat. ـین affigi posse diserte dicit Chodzko (l. l. p. 103), ut probant exempla دویمین C. *secundus*, سیومین C. *tertius*, چارمین F. *quartus*, پنجمین C. F. *quintus*, ششمین C. *sextus*, هفتمین F. *septimus*, دهمین *decimus* e lex. C. et F. desumta. Idem suff. ין in dial. phl. terminationi ום affigitur, e. g. תסומין i. q. תסום *quartus*, saepius autem solum suff. ין ordinalibus formandis inservit e. g. פנגין *quintus*, הפתוין *septimus*, אשתוין *octavus* (Sp. Hg. § 66 et 66[b]). Adiectivorum more cum substantivis coniunguntur (§ 216). Numerus **primus** autem, ut in plurimis linguis, ita in persico quoque sermone alio vocabulo e numero cardinali یك *unus* non derivato exprimi solet, nam pro یَکُم *primus* magis usitata sunt voc. نُخُست s. نُخُستِین et اَوَّل s. اَوَّلِین H. Mong. t. I p. 98, 5; Gul. 107, 6. Sunt igitur:

یَکُم et نُخُست s. نُخُستِین et اَوَّل s. اَوَّلِین *primus*	پَنجُم *quintus*
دُوُم s. دُویُم *secundus*	شَشُم *sextus*
سِوُم s. سِیوُم *tertius*	هَفتُم *septimus*
چهارُم s. چارُم *quartus*	هَشتُم *octavus*
	نُهُم *nonus*

دَهُمْ	*decimus*	صَدُمْ	*centesimus*
يازْدَهُمْ	*undecimus* etc.	دُوِيسْتُمْ	*ducentesimus*
بِيسْتُمْ	*vigesimus*	سِصَدُمْ	*tricentesimus* etc.
سِيُمْ s. سِىأُمْ	*trigesimus*	هَزارُمْ	*millesimus*
چِهِلُمْ	*quadragesimus* etc.	دُوهَزارُمْ	*bis millesimus* etc.

Not. Praeter اوّل et نخست aliis quoque ordinalibus suff. relativum ين — affigi posse supra (§ 232) vidimus, qui tamen usus recentioris aetatis videtur, ad quam etiam formae signo Teshdid notatae دوّم, دويّوم, دويّم, سيّوم, سيّم et نهّم a Chodzko (l. l. p. 102) allatae referendae sunt. — Ordinale نخست s. نخستين *primus* cum suff. relativo ين — ut in syn. اوّلين, cuius aliae formae نخز et نخزين minus usitatae videntur, consentit cum phl. نخوست, quod in suff. superlativi ست exit, cuius tamen origo nondum explorata est. Plura v. in Sp. Hg. § 66 et Justi Bund. s. v. نخوست. In pars. dialecto pro [illegible] = p. نخست, quod in versione parsica libri Bundehesh docente Spiegelio reperitur, usu receptum est [illegible] (فردوم, فردم) *primus* opp. [illegible] awadum *ultimus* et sine dubio a z. fratema, s. प्रथम derivandum, quocum consentit ap. fratama et phl. פרתום coll. h. פרתמים. — Pro سوم *tertius* antiquioris aetatis scriptores etiam سدديگر s. سديگر usurpant, quod ex سه *tres* et ديگر compositum est et consentit cum phl. סתיגר et pa. [illegible]. Primitiva autem vocis ديگر forma est pehlevicum דתיגר = pa. [illegible] dadîgar, quod *secundus* significat, unde etiam aliae illius vocis significationes *alter, alius, iterum* derivandae sunt. Plura v. in Sp. Hg. § 66 et Sp. Pg. p. 63 et 118 et in lex. nostro s. v. ديگر et سدديگر s. سديگر. — Pro نهم *nonus* in dial. pars. pronuntiatio [illegible] nâhum usitata est.

233. In numeris compositis ultimum tantum numerale terminationem ordinalium accipit, ut بيست ويكم *vigesimus primus*; صد ودوم *centesimus secundus* cet. In dial. parsica copula و omittitur (Sp. Pg. § 48).

NUMERALIA DISTRIBUTIVA.

234. Distributiva exprimuntur 1) plurali cardinalium repetito, ut چهاران چهاران *quaterni*; 2) singulari cardinalium repetito, ut in dial. phl., e. g. یك یك *singuli*, دو دو *bini*; 3) interposita inter cardinale repetitum lit. ا vel praepositione با, ut یکایك, دو با دو; denique 4) addito cardinalibus suffixo گان, quod auget repetitionem, e. g. یـگـان (pro یـکـگـان § 68, b), دوگـان, چهارگـان, صدگـان i. q. یـك یـك, دو دو, چهار چهار, لفظ گان در اعداد زیادت تکرار میکند چنانچه یگان) صد صد ودوگان وسهگان وچهارگان ونهگان وصدگان بمعنی یك یك ودو دو وسه سه وچهار چهار ونه نه وده ده وصد صد علی هذا القیاس Sev. Seas t. VII 31, 5) et incerto modo etiam numerum definit, e. g. از جوز دهگان *circiter decem nuces*; از بادام بیستگان *circiter viginti amygdala* coll. گان تمئیز مبهم اعداد است چنانکه گویند از جوز دهگان واز بادام بیستگان Bh.

NUMERALIA MULTIPLICATIVA.

235. Multiplicativa formantur apposito cardinalibus suffixo تا, e. g. یکتا *simplex*, دوتا *duplex*, سهتا *triplex* rel. cf. Lumsden l. l. t. II p. 489; aut voc. لا s. لای, quod proprie *plica* significat, e. g. دولا s. دولای *duplex* coll. لا بر لا *multiplex*; aut suff. گانه (گانه لفظی است از الفاظ زایده که در آخر هریك از اعداد در آورند ومعنی همان عدد بی کم وزیاد مفهوم گردد B.), e. g. یگانه (pro یک گانه § 68, b) *singulus*, *unus*; دوگانه *duplex*, *duplum* coll. Gul. 57, 14, ubi دوگانه dicitur de precatione, quae binis prostrationibus constat (ایکی رقعت نماز schol. turc.) et al. cod. etiam legit دو رقعت pro دو گانه, et دریای هفتگانه *mare septenarium* Gul. 145, 9; aut denique suff. وی, e. g. دهوی *decuplex*, صدوی *centuplex*, quod suffixum hisce verbis interpretatur lex. B. auctor : وی بمعنی مقدار نیز گفته اند چنانکه اگر زراعتی ده

برابر آنچه کاشته باشند حاصل شده باشد گویند دهوی شده است واگر صد برابر صدوی واگر سوداگری متاعی‌را که بدو برابر آنچه خریده است فروخته باشد گویند دووی کرده است یعنی ده بیست B. — Ad significandam partem numeri ipsi numero, ut in dial. phl., postponitur یک s. یکی *unus*, ut e. g. سه یکی *tertia pars* sit i. q. phl. سه ایوك et چهار یک s. چهار یکی *quarta pars* i. q. phl. چهار ایوك et ده یك s. ده یوده B. *decima pars* i. q. phl. ده ایوك coll. § 224 not. Pro نیم *dimidia pars*, quod sine nota genitivi construitur (§ 202, 3) in dial. phl. dicitur etiam دو ایوك = دو یک, quod tamen in lingua persica significatione met. *spiritus extremus* usitatum videtur, quum lex. B. auctor interpretetur : دو یک کنایه از دم آخر مردن باشد. — Alia numeri fracti significandi ratio docente Geitlin (l. l. p. 165) est یکی از سه pro سه یکی *tertia pars;* یکی از چهار pro چهار یکی *quarta pars* et proinde دو از سه = $^2/_3$, دو از چهار = $^2/_4$. Denique tabulae Pythagoriçae exprimendac haec exempla a Chodzko (l. l. p. 104) allata sufficiant : دو بر سه شش است *bis trina sunt sex;* پنج بر هشت چهل است *quinquies octona sunt quadraginta.*

Not. Suff. گان s. گانه forma et usu consentit cum phl. کان et کانک coll. phl. دوکانک *duplex* et *bini*, *gemini* et phl. سیکانک *trini*, *trigemini* Justi Bund. s. v.; suffixi تا autem forma primitiva est تاه s. ته = voc. phl. تاك *res singula, singulus*, quod etiam suffixi instar usurpatum numeris multiplicativis formandis inservit. Plura v. in Sp. Hg. § 67. 68^a et 68^b et Justi Bund. s. v. کانک et تاك.

NUMERALIA PROPORTIONALIA.

236. Proportionalia exprimuntur cardinalibus cum adverbio چندان *tantum* coniunctis, e. g. دو چندان *duplum*, سه چندان *triplum*, چهار چندان *quadruplum*, صد چندان *centuplum* coll. دو صد چندان *ducentuplo plus* Gul. 173, 11.

ADVERBIA NUMERALIA.

237. Adverbia numeralia formantur e cardinalibus vocabulo بار *vicis* aut synonymis ar. نوبت, مرتبت, دفعه postpositis, e. g. يكبار s. بيكبار *(una vice) semel;* دوبار *bis* i. q. دونوبت H. Buj. 39, 13; سهبار *ter;* بارها *compluries.* Pro يكبار interdum dicitur يكى cf. Chr. Sch. 4, 46.

DE PRONOMINIBUS.

238. Pronomina instar nominum declinantur, genus non distinguitur. Variis autem thematis nituntur singularis et pluralis pronominum personalium, quae e zendica vel sanscrita lingua sunt derivanda. Praeterea persica lingua ea in re a cognatis linguis discrepat, quod pronominum personalium casus obliquos etiam pronominibus suffixis exprimere potest, quae e separatis sunt decurtata nec inveniuntur, nisi cum aliis orationis partibus coniuncta.

PRONOMINA PERSONALIA SEPARATA ET SUFFIXA.

		Pron. separata.		Pron. suffixa.	
		Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
I.	Nom.	مَن	ما	م	مان
	Dat. Acc.	مَرا (منرا)	مارا		
II.	Nom.	تُو	شُما	ت	تان
	Dat. Acc.	تُرا	شُمارا		
III.	Nom.	وَى s. اُوى s. اُو	(اُوشان) ايشان	ش	شان
	Dat. Acc.	وَيرا s. وَرا s. اُورا	ايشانرا		

PRONOMEN PRIMAE PERSONAE.

239. Pronominis primae personae character est م, qui in toto singulari et plurali apparet, quemque etiam exhibent linguae cognatae in singulari praeter primam personam z. azem, s. अहम्, ap. adam, gr. ἐγώ, lat. ego, goth. ik, al., in qua prorsus evanuit. مِن, pa. [Pahlavi], [Pahlavi] (مم), coniungitur vocali *i* cum sequenti voc., quod interpretandi causa additur, e. g. مِن بنده s. مِن رهی *ego servus* s. *famulus*; مِن بینوا *ego miser*; مِن بیحاصل *ego homo nihili* Bh., sed in poetico sermone haec vocalis etiam abesse potest. Per licentiam poeticam construitur مِن cum 3 ps. sing. verbi in enuntiatis conditionalibus, ut exempla in lex. nostro s. v. مِن allata probant, in quibus بودی pro بودمی, شدی pro شدمی et آسودی pro آسودمی positum est. Pro مرا legitur etiam forma primitiva منرا (منرا مخفف مرا Bh.) in hisce versibus e lex. Bh. allatis, metr. رمل: صفی قلنجار خلف ذو الفقار خان حاکم قندهار ✿ در حقیقت دشمنی منرا چو رنگ آل نیست ✿ زردی روئی مرا از دوست میدارد نهان i. e. „*Quum inimicitiae meae re vera careant colore rubro, flavedo faciei me abscondit ab amico*“; سامعانی همدانی ✿ بسکه عادت دل منرا مروت باشد ✿ نگزم گر همه انگشت ندامت باشد i. e. „*Quamvis addictus sit animus meus humanitati, tamen non mordeam, etsi omnes sint digiti poenitentiae*“, i. e. poenitentiam non agam. — Plur. ما, pa. [Pahlavi], e genitivo plur. pronominis z. ahmâkem, ap. amâkham = s. अस्माकम्, a them. pron. poss. ved. अस्माक, truncatus est, et suff. pl. مان ortum est addita lit. ن ut in مِن. — De formis rarioribus مایان et ماها v. supra § 195.

PRONOMEN SECUNDAE PERSONAE.

240. Pronominis secundae personae character ت in forma separata تو, pa. [Pahlavi] = z. tû, tûm, s. त्वम्, in cas. obl. ترا et in suff. ت, pl. تان, facile agnoscitur, sed prorsus evanuit in plur.

pronominis sep. شما, pa. 𐬱𐬎𐬨𐬀, cas. obl. شمارا, qui e genitivo plur. pronominis z. yushmâkem = s. युष्माकम्, a them. pronominis poss. युष्माक, truncatus est, ut ما e z. ahmâkem. — Pro primitivo تورا usitatum est تُرا abiecta lit. و (ترا مخفف تورا Bh.), ut in تُست pro توست = تو است. De formis rarioribus شمايان et شماها et تايان pro شما v. supra § 195.

PRONOMEN TERTIAE PERSONAE.

241. Variis thematis hoc pronomen efficitur. Singularis pron. separati اُو s. اُوی s. وَی, pa. ولد, e z. et ap. pronomine demonstrativo 𐬀𐬎𐬀 ava *ille* ortus esse videtur, quod sanscrita lingua ignorat. (Cf. Burnouf comm. sur le Yaçna t. I p. iij. sqq.; Bopp Vg.[2] § 341.) Sed in persica lingua revera est pronomen tertiae personae, quod tamen de hominibus dicitur nec confundendum est cum pron. dem. آن, quum docente lex. Bh. auctore pro آن مرد *ille homo* minime dici possit او مرد s. وی مرد. Attamen in poetico sermone hoc pronomen etiam ad res inanimatas referri potest, si cum praep. بر aut در coniunctum est (فائده ۞ چون اشارت بانسان کنند او ووی گویند وچون بغیر انسان کنند آن وچون کلمه در یا بر به لفظ او ووی در آرند بغیر انسان نیز راجع سازند لیکن جز در نظم نیامده gr. pers. ed. Splieth p. 38 et 39), e. g. in hoc vs. in lex. Sev. Seas allato, metr. رباعی : شهری که درو عزت پیران نشود ۞ آن شهر محال است که ویران نشود i. e. „*Urbs, in qua senes non honorantur, ea urbs vastetur necesse est*“, in quo suff. او in درو ad شهری referendum est et Gul. 37, 5, ubi suff. او in برو ad بنیاد ظلم refertur; sed deesse etiam potest praepositio بر aut در, ut in hoc versu Gulistâni : ..... کین رنجیست که از مشقت او جز بمرگ نتوان رست [male Sem. آن] i. e. „*hic enim morbus est, cuius molestia non nisi morte liberari potes* Gul. 22, 21 et 22, ubi او ad رنجی refertur.

242. Pluralis ايشان s. اوشان et suffixi ش, pl. شان, character est ش etiam in suff. ش et شان apparens, cuius origo in z. s h ê facile agnoscitur. Nam s h ê est alia forma genitivi s. dativi pronominis dem. z. h ê *eius*, *ei*, praecedenti vocali *i* orta, ut in p a i r i - s h ê (Bopp Vg.[2] § 55. Sp. Zg. § 68) et ad thema h a s. h i referenda, cuius tamen non supersunt nisi formae encliticae acc. sg. h î m, gen. et dat. h ê s. h ô i et acc. pl. h i s s. h î s, quibus respondent ap. s i m, s a i y et s i s lit. *s* pro *h* posita, quum z. *h* conveniat sibilo *s* linguarum cognatarum coll. Sp. Zg. § 51. — Porro ايشان est pa. éshân eamque ob rem sec. B. pronuntiandum ê s h â n (ايشان بر وزن خويشان B.). Eadem vocalis é in pars. dialecto etiam plurali pronominis 1 pers. é m â = p. ما praefixa est. De formis rarioribus ايشانان et ايشانها v. supra § 195. Altera autem huius pronominis forma اوشان minus usitata, quam tamen L u m s d e n (l. l. t. II p. 76 not.) in sermone vulgari saepius adhiberi contendit, orta est e synonyma pa. v a s h â n, syllaba v a in اُو contracta. — Aliam denique pronominis tertiae pers. sing. formam اُل afferunt Persarum lexicographi, ad quam dialectum pertineat, ignari (اُل بالضم بمعنی او باشد که بعربی هو گویند B. اُل بالضم بمعنی او نوشته اند لیکن معلوم نیست که فارسی کجاست Bh.). Sed nihil dubito, quin اُل sit phl. o l, quod aut separatim, ut Vend. 7, 4. Bund. 58, 2, aut cum terminatione m a n in libris pehlevicis maxime usitata coniunctum significat *is, ea, id* et est pronomen 3 pers. sing. Quod in Inscriptione A regis Saporis primi l. 8 et 16 in W e s t e r g a a r d i Bund. p. 83 exaratum est voc. docente Haug (an old Zend Pahl. Gl. p. XXI) respondet pronomini phl. اولم et legi potest v a r m a n, v a l m a n et o l m a n. Cf. etiam Sp. Hg. p. 81. — De literae ا initialis pronominum 3 pers. variis mutationibus v. § 74—77 et de aliis formis pars. s. اوم *ego*, s. اوت *tu* et s. اوش *is* v. Sp. Pg. § 53.

PRONOMINA SUFFIXA.

243. **Pronomina suffixa** linguae persicae م, ت et ش sunt formae decurtatae pronominum personalium, quibus ad pluralem formandum addita est terminatio plur. ان, unde oritur مان, تان et شان. Casus obliquos pronominum exprimunt et verbo, nomini aliisque orationis partibus affiguntur exceptis particulis از *ab*, با *cum*, به *in*, بی *sine*, در *in*, و *et* et یا *aut*, quum contra in dialecto pehlevica et parsica pronomina suffixa non affigi soleant verbo et nomini sed aliis pronominibus et coniunctionibus et praepositionibus, d. q. v. Sp. Hg. § 74 et Pg. § 54. Attamen praepositionis cum suffixo coniungendae ratio in persica quoque lingua haud inusitata fuisse videtur, quum lex. B. auctor afferat exemplum ازیش = phl. אצש et pars. ازش pro ازو *ab eo* (ازیش بر وزن کشیش بمعنی ازو واز وی باشد چنانکه گویند ازیش بستان یعنی ازو بگیر واز وی بستان B.). Teste Cast. legitur etiam ازش in versione pers. N. T. (Matt. 13, 28; Luc. 5, 2 et 12, 15) et lex. HK. auctor affert exemplum باش pro با او *cum eo* (باش بمعنی با او وبا اورا HK.).

244. In sermone poetico suff. plur. مان, تان et شان usitata sunt et pron. suffixum ش nominativi quoque pron. separati او locum tenere multis probatur versibus Schahnamianis, e. g. Fr. 22, 12. 24, 10. Chr. Sch. 42, 196 al. Idem valet de suffixo plur. شان, quod pro ایشان positum est in versu poetae خسرو a Lumsdenio (l. l. t. II p. 74) allato, metr. هزج: شان در ره وعاشقان بدنبال ۞ خونابه زدیدگان گشاده i. e. „*Illae* (puellae) *in via et amatores eas sequentes lacrimas sanguineas fundebant.*“

245. Pronomina suffixa sing. م, ت et ش cum consona praecedenti vocali destituta intermedia vocali *a* coniunguntur, e. g. گُلَم *rosa mea*, دیدمَت *vidi te*, گفتَش *ait illi*. Sed dicitur زُوت pro اَزُو تُرا et کُوت pro کِه اُو تُرا, ut in hoc vs. poetae نظامی, metr. هزج: کوت بهتر ۞ ورا کن بندگی ۞ زوت بهتر ۞ نباشد پادشاهی

i. e. „*Melior illo tibi non erit rex; certe melius tibi est illi servire*“ ab auctore lex. Raschîdi (l. l. p. 26) allato.

Not. Attamen haec vocalis *a* praesertim in poetico sermone metro vel rhythmo exigente etiam abesse potest, ut in كُرْتْ, تنْش, جنْش Fl. Ali's Spr. p. 9, l. 15; p. 33, l. 10. Eodem modo docente lex. B. auctore dicitur آنْت et آنت et اينْت et اينت pro آن ترا et اين ترا. — Si autem vocabulum in lit. nasalem م vel ن exit, vocalis coniunctiva *a* ante primae pers. suffixum م pronuntiationis levandae causa semper retinenda est. Scribendum igitur e. g. چشمَم *oculus meus* et مى كُونَم چشمَم *oculus meus vini colorem referens*, non vero چشمْم et كُونْم. V. etiam infra § 249.

246. Ante ە occultum, cui praecedit voc. *a*, loco ـَم, ـَت et ـَش scribitur أم, أت et أش, quia haec lit. lenior esse videtur, quam ut vocalem sustinere possit (§ 25 et 94, c), e. g. جامهأم, جامهأت, جامهأش *vestis mea*, *tua*, *eius*. Eadem scribendi ratio locum habere potest, si praecedit alia consonans vocali destituta e. g. نيست اش pro نيست اورا Pend. 84, 12 aut lit. quiescens و, e. g. تو اش pro تو اورا Gul. 112, 7.

247. Pronomina كه et چه abiecta lit. ە cum pronn. suff. م, ت, ش ope ى euphonici coniunguntur, quod vocalem coniunctivam *a* recipit, e. g. كيَم, كيَت, كيَش et چيَم, چيَت, چيَش. Attamen ante suff. ش lit. ى euphonica saepius abest, e. g. كش pro كيَش Chr. Sch. 37, 1; آنچش pro آنچيَش ibid. 104, 291 et ante suff. ت e. g. كت i. q. كه ترا Splieth l. l. p. 8.

248. Eodem modo voces, quae in ا vel و quiescentem exeunt, ope ى euphonici cum pron. suff. connectuntur (§ 26), e. g. عصايَم *baculus meus*, گيسويَت *cirrus tuus*, خويَش *indoles*

eius; sed dicitur تات pro تا ترا et تاش pro تا اورا Chr. Sch. 39, 163 et اوت pro او ترا (اوت مخفف او وتو باشد B. in app.).

249. In poetico tamen sermone lit. ی euphonica una cum vocali sua *a* metro exigente abiicitur, ut dicant e. g. سراپاش pro سراپایَش Chr. Sch. 93, 108; گیسُوش pro گیسویَش ibid. 98, 198, et nomina lit. ی quiescenti terminata intermediam vocalem *a* amittunt, e. g. خرسندیم *laetitia mea* pro خرسندیَم. V. etiam § 245 not.

250. Pronomina suffixa plur. مان, تان et شان ut pronomina possessiva aut intermedia vocali *i* aut sine ullo copulandi signo cum voce praecedenti coniunguntur, e. g. راز شان et آغاز شان Sec. nam. p. 5 fin.; عمرِ تان Spec. poes. 40, 9; زمین تان et کفن تان Fr. 23, 24; زن وکودکانشان ibid. vs. 27; نیامان Chr. Sch. 29, 36.

Si autem pro casibus obliquis مارا, شمارا et ایشانرا sunt posita, plane ut pronomina separata non coniunguntur, e. g. کنم شان همه سر زگردن جدا „*illis omnibus caput a cervice detruncabo*“ Fr. 23, 26; cf. ibid. vs. 27 et که بخت نکو گشت مان رهنمون „*nam bona fortuna contigit nobis* (ut) *viae dux*“ Chr. Sch. 87, 12.

PRONOMINA POSSESSIVA.

251. Possessiva in lingua persica, ut in antiquioribus dialectis persicis, exprimuntur pronominibus personalibus et reflexivis casu genitivo cum substantivis coniunctis. Quae quidem antiquissima dicendi ratio esse videtur, quum non solum in semiticis dialectis sit sola recepta, sed etiam in zendica et sanscrita lingua pro possessivis, quorum propriae sunt formae, saepissime genitivi pronominum personalium ponantur (Sp. Zg. § 291; Lassen inst. ling. pracr. § 113).

252. Pronomina igitur possessiva exprimuntur :

a) pronn. personalibus separatis casu genitivo postpositis, i. e. cum nomine praecedenti genitivi signo notato coniunctis (§ 198), e. g. دلِ من *cor meum*, نامۀ شما *liber vester*, دلهايِ ما *corda nostra*;

b) pronn. personalibus suffixis, quae nomini secundum leges § 245—250 praescriptas affiguntur et casu genitivo sunt accipienda; e. g. دلَش *cor eius*, نامهاَت *liber tuus*, مويَم *crinis meus*, نياما *avus noster*, گيسويَش s. گيسُوش *cirrus eius* coll. در ميانِ شان *in illorum medio* Gul. 125, 20;

c) pronn. personalibus separatis cum praecedenti pronomine dem. simplici آن vel composito ازان intermedia vocali *i*, genitivi nota, coniunctis (آن افادۀ معنى اضافه م كند تخصيص چنانكه گويند آنِ من وآنِ تو واين گويا مخفف ازانِ من وازانِ تو است Bh.), ut dicant آنِ من s. ازانِ من *meus;* آنِ تو s. ازانِ تو *tuus;* آنِ او s. ازانِ او *eius;* آنِ ما s. ازانِ ما *noster;* آنِ شما s. ازانِ شما *vester;* آنِ ايشان s. ازانِ ايشان *eorum*, e. g. فلان جا ازانِ من وكليله دفينۀ است *in quodam loco thesaurus meus et Calilae iacet* Anv. Sooh. fol. 83 r. l. 19; چه ملك بغداذ ازانِ ماست *nam Bagdad in nostra potestate est* H. Mong. t. I p. 302, l. 10; اگر خواهى وگر نه آنِ مائى *velis nolis, tu noster est* Anv. Sooh. coll. hoc vs. Schahn. : سرِ ارجمند وجانِ آنِ توست ۞ نه سلطان كه آن بوم وبر زانِ اوست i. e. „*Capita et animae heroum tui sunt, non Sultani, cuius sunt terrae et regiones.*“ Alia exempla v. supra § 204. — Eadem dicendi ratio in dialecto parsica usitata est, d. q. v. Sp. Pg. § 57 not.;

d) denique pronomine reflexivo, ut infra (§ 253) docebitur.

PRONOMEN REFLEXIVUM.

253. Pronominis reflexivi tres sunt formae syn. خَود, pa. ܚܘܕ, خویش s. خَوش (بفتح اول وثانی معدوله B.), pa. ܚܘܝܫ et خویشتن, quarum tamen خود usitatior est et saepissime reperitur, ultima autem tum inprimis adhibetur, quum quis actionem in se ipsum dirigit, e. g. خویشتن را کشت *se ipsum interfecit* coll. نیست مردی خویشتن آراستن i. e. *viro indignum est se ipsum ornare* Pend. 38, 3. Referuntur ad omnes utriusque numeri personas, ita ut *meus, tuus, suus, noster, vester, eorum* significare possint et possessivorum locum obtineant (§ 252, d). Quare etiam saepe interpretandi vel significationis augendae causa aut pronominibus separatis postponuntur, e. g. من خود *ego ipse*, تو خود *tu ipse*, او خود *ille ipse*, ما خود *nos ipsi*, شما خود *vos ipsi* et ایشان خود *illi ipsi*, aut cum pronominibus suffixis coniunguntur, e. g. در خانهٔ خودم, در خانهٔ خودت, در خانهٔ خودش *in mea, tua, ipsius domo.* — Auctore Chodzko (l. l. § 245, b) in sermone, qualis nunc est Persarum, pronomen reflex. semper praeponitur pronomini pers. sep., ut dicant خود من pro من خود, خود تو pro تو خود etc. Quamquam autem haec dicendi ratio in ipsis quibusdam libris recentioribus reperitur, minime tamen probanda est et ab ipsis scriptoribus classicis Persarum repudiatur. Lex. Bh. auctor dicit : کلمهٔ خود زایده وبرای تکیه کلام هم آید چنانکه گوئی او خود لایق این کار نیست یا گوئی من خود چه کسم یا چه چیزم Bh.

254. Casus obliqui ut in nominibus exprimuntur. Pluralis terminatio nonnunquam pronomini reflexivo addita invenitur apud posterioris aetatis scriptores in India natos; iure autem illam omittunt scriptores classici, quum pron. reflexivum ad utrumque numerum pertineat.

Not. Non dubito, quin pronominis refl. formae خود، خويش s. خَوش et خويشتن ex uno eodemque themate خو ortae sint, quod respondet z. 𐬓𐬀 qa et s. स्व, unde formae auctae z. 𐬓𐬀𐬉 qaê, s. स्वे = ap. uvâi in uvâipasiya = z. qaêpaithya. Quum enim multa vocabula persica, quae lit. د = phl. 𐬙 t et pars. 𐬝 ṭ terminantur, orta sint e zendicis vel sanscritis, quae exeunt aut in suff. ta, z. 𐬙𐬀, s. त, ut باد = z. vâta, s. वात, phl. vât, pa. vâṭ; خوشنود = z. khshnûta, phl. khushnût, pa. khashnuṭ; داد = z. et ap. dâta, phl. dât, pa. dâṭ; درد = z. drîta, phl. dart; شيد = z. khshaêta, phl. shét, aut in suff. ti, z. 𐬙𐬌, s. ति, ut شاد = z. shâiti, ap. shiyâti, phl. shâtish, pa. sâṭ; هفتاد = z. haptâiti, s. सप्तति, phl. haftât, pa. haftâṭ; زود = phl. zût, coll. s. जूति a r. जु = z. zu *festinare,* aut in suff. tu, z. 𐬙𐬎, s. तु, ut خرد = z. khratu, s. क्रतु, phl. khart, pa. khard; رد = z. ratu, s. ऋतु, phl. rat, pa. rad, sine dubio prior forma خود referenda est aut ad z. qaêta *angehörig* (Justi) aut ad z. qaêti *das Selbst* (Justi) aut ad z. qaêtu *Verwandtschaft, Angehörigkeit* et *Verwandter, Angehöriger* (Spieg. Justi), *selbständig, unabhängig; Eigenthümer, Herr* (Haug), quae vocabula a themate z. qaê = s. स्वे ope suff. ta, ti et tu derivata sunt. In altera autem forma خـويـش s. خَـوش, d. q. v. lex. nostrum, thema خو servatum est, cui significationis augendae causa adhuc additum videtur pronomen suff. tertiae pers. ش vel يش cum ى euphonico, ut in ازيش *ab eo* § 243 coll. ايش in ايشان، ita ut proprie significet i. q. او خود *ille ipse.* — Tertia denique forma خويشتن annexum habet substantivum تَن *corpus, persona,* quasi diceres *suum ipsius corpus, ipsissima persona,* nam voc. تن etiam per se positum, plane ut arab. نفس *anima,* pronominis reciproci locum tenere potest. Cf. Fl. Ali's Spr. p. 29, l. 19. Quin in dialecto pars. 𐬙𐬀𐬥 𐬓𐬀𐬉𐬱 = p. خويشتن significatione *corpus suum* usitatum est. Sp. Pg. § 56 not. Inde etiam explicandae sunt dicendi formulae cum تن compositae, ut تن در دادن s. تن دادن cum به et در r. *corpus dare* rei i. e. *semet tradere* rei, *suscipere* rem Gul. 30, 15; 171, 7 et i. q. *assentiri, concedere* Wilk. hist. Sam. 144, 17.

PRONOMINA DEMONSTRATIVA.

255. Demonstrativa duo sunt, unum propinqui اِین *hic*, *haec*, *hoc*, alterum remoti آن *ille*, *illa*, *illud*, quae tamen saepe inter se permutantur. Regulis conveniens est in enuntiatis pronomen ایــن ad rem posteriorem referre, de qua agitur et آن ad priorem. Ad rem priorem, de qua sermo est refertur این, ad posteriorem autem آن in hoc exemplo a lexici Sev. Seas auctore allato, metr. خفيف : آدمی زاده طرفه معجون است ✿ کز فرشته سرشته وز حیوان ✿ گر کند میل این شود به از این ✿ ور کند میل آن شود په از آن i. e. „*Homo mirum in modum conformatus est, nam ex angelo commixtus est et ex animale. Si ad hunc* (angelum) *inclinat, melior erit hoc ipso; sin ad illud* (animal) *inclinat, peior illo erit*“, in quo etiam voc. په, quod in lexicis deest, significatione *malus* usitatum est, oppositum praecedenti بـه *bonus* et fortasse ad analogiam voc. مـه *magnus*, z. maz (maç), phl. מס et کہ *parvus*, z. kaçu, phl. כס ad phl. פס *post*, *pone* = p. پس, z. paçkât, paçca, ap. pasâ referendum. Similiter اینجا *hic locus* significat locum, ubi quis est et آنجـا *ille locus* eum, a quo quis abest; اینجانب de fluvio *ripa citerior* et آنجانب *ripa ulterior*; این جهان *hic mundus*, quo sumus et آن جهان *ille mundus* i. e. futurus. Generis quoque discrimine carent demonstrativa et cum nomine coniuncta neque per casus neque per numeros mutantur, sola autem posita in utroque numero per casus flectuntur. Declinantur igitur hoc modo:

Sing.		Plur.	
Nom.	Dat. et Acc.	Nom.	Dat. et Acc.
اِین	اِینرا	اِینها vel اِینان	اینهارا vel اینانرا
آن	آنرا	آنها vel آنان	آنهارا vel آنانرا

256. Pronomina dem. si cum praepositionibus aliisque praefixis componuntur, primam literam ا saepe amittunt, quae mutationes supra (§ 74—77) pluribus verbis sunt expositae.

257. Aliae formae pronominis dem. این, quod in compositione etiam اِن scribitur, ut in اِنبار = این بار B., sunt:

1) هین sec. B. Gl. Sch. et F. sine ex., lit. ا cum ه permutata, ut in هیچ = ایچ (§ 49, III, a);

2) اِیمه B. s. آیمه Bh., ut in hoc versu, metr. رجز: خاقانی ✿ ایمه مگو که آسمان اهل برون نمیدهد ✿ اهل چو نامدار عدم چیست گناه آسمان „*Hoc ne dicas, coelum non amovere plebem; si gens nobilior non existit, num coelum in culpa est?*" et in alio, metr. منسرح: سیف الدین اسفرنگی ✿ گوهر عمرم شکسته شد زفرافت ✿ ایمه بصد پاره شد کدام شکسته „*Margarita vitae meae fracta est ob separationem; quaenam tali modo in centum frusta fracta est*"? in quo ایمه sec. Bh. i. q. اینچنین *hunc in modum* significat;

3) اِم, quae tamen in compositione tantum cum nominibus quibusdam adverbialiter positis adhibetur, ut امروز *hoc die*; امسال *hoc anno*; امشب *hac nocte* et ex ایمه decurtata videtur;

4) اِی = phl. אֵי *hic*, pa. ... é, in particulis tantum compositis usitata, ut ایدر *hoc loco, hic*; ایدون = phl. אֵיתוּנ *hoc modo, hic, nunc* (اینچنین واینجا واینگاه B.), opp. آدون = آندون; ایرا = pa. ... érâ, vel زیرا s. ازیرا, cum praep. از s. ز *ideo* (از برای این ازین جهت B.);

5) denique آ e pron. dem. آن decurtata et in adverbio composito آدون = آندون *illo modo, ibi, illo tempore* (آنچنان وآنجا وآنگاه B.), opp. ایدون usitata.

258. Quum neque in particulis cum pronomine dem. compositis, ut ایدر, ایدون, ایرا, lit. ن pronominis dem. این adiecta

sit, neque in pronomine dem. phl. אֵי comparcat, primitiva pronominis این, pa. 𐬌𐬥, forma sine dubio est اِی = phl. אֵי et pa. 𐬉 é, (Sp. Gl. 362) e z. pron. dem. 𐬀𐬉𐬨 aêm = s. अयम् orta. Alia autem forma ایمه, in compositis امروز, امشب, امسال in ام decurtata, referenda est ad ap. ima, quod etiam in hac dialecto ut pronomen dem. propinqui usurpatur. — Pronomen dem. remoti آن consentit quidem cum phl. אנן et pa. 𐬃𐬥, sed quum in composito persico آدون = آندون etiam lit. ن abiecta sit, ut in voc. opposito ایدون pro ایندون, hoc pronomen e pronominis z. 𐬀𐬎𐬎𐬀 ava themate a ortum videtur, et in ipsa dialecto ap. pronomen dem. remoti est ava, oppositum ima, quod exprimit pronomen dem. propinqui (Sp. d. altp. Keilinschr. 162).

PRONOMINA RELATIVA ET INTERROGATIVA.

259. Pronomina relativa sunt کِه et چِه, quorum prius de personis, posterius de rebus usurpari solet, quae tamen distinctio non semper observatur, e. g. هرچه درویشانند مر ایشان وامی بده ۞ وهرچه توانگرانند از ایشان چیزی بخواه „*Quicunque pauperes sunt, his mutuum da; quicunque autem divites sunt, ab eis aliquid pete*“ Gul. 76, 14. Praeterea rel. که cum quavis voce rem animatam significanti coniungi potest, sed rel. چه non legitur nisi cum pron. dem. آن aut هر aut alia voce, qua illius significatio magis definitur, coniunctum, e. g. آنچه اندوخت *id quod collegit* Sp. Chr. 4, 1; هرچه داری بده *quodcunque possides, da* Sp. Chr. 17, 6; از خوان ایشان چه توقع توان داشت *quid exspectandum est de illorum mensa?* ibid. 18, 14. — Utrumque neque generis neque numeri patitur mutationem, e. g. آنان که غنی‌تر اند *illi, qui divitiis abundant* Gul. 26, 18; گر آنها که من گفتمی کردمی *si illa, quae dico facerem* ibid. 66, 23 coll. ibid. 100, 22; 131, 10.

260. Apposito pronomine rel. كه vel چه alia quoque pronomina et adverbia relativam vim accipiunt et oriuntur relativa composita ut هركه s. هر آنكه s. هر كس كه s. هر آنكس كه s. كسى كه *quicunque, quaecunque*; هرچه s. هر آنچه *quodcunque, quidquid*; كه آنجا *ubi*; هر كجا كه *ubicunque*, al. Haud raro tamen ellipsis relativi locum habet, d. q. pl. v. in Synt. § 561.

261. Declinatio relativi duplici modo efficitur :

a) pronomine personali more Hebraeorum אשר et Arabum الذى post relativum posito hunc in modum :

Genitivus.

Sg. من كه پسرِ من s. من كه پسرم *ego, cuius filius*
تو كه پسرِ تو s. تو كه پسرت *tu, cuius filius*
او كه پسرِ او s. او كه پسرش *is, cuius filius*
Pl. ما كه پسرانِ ما s. ما كه پسران مان *nos, quorum filii*
شما كه پسرانِ شما s. شما كه پسران تان *vos, quorum filii*
ايشان كه پسرانِ ايشان s. ايشان كه پسران شان *ii, quorum filii.*

Dativus et Accusativus.

Sg. من كه مرا s. من كه —م *ego, cui mihi* s. *quem, quam me*
تو كه ترا s. تو كه —ت *tu, cui tibi* s. *quem, quam te*
او كه اورا s. او كه —ش *is, cui ei* s. *quem eum, quam eam*
Pl. ما كه مارا s. ما كه — مان *nos, quibus nobis* s. *quos, quas nos*
شما كه شمارا s. شما كه — تان *vos, quibus vobis* s. *quos, quas vos*
ايشان كه ايشانرا s. ايشان كه — شان *ii, quibus iis* s. *quos eos, quas eas.*

Quae sequuntur exempla hanc dicendi rationem magis illustrent : آن نه من باشم كه روز جنگ بينى پشت من *ille ego non*

sum, cuius dorsum vides die proelii Gul. 17, 15; من آن مورم که در پایم بمالند *ego illa sum formica, quam me pedibus conculcant* ibid. 81, 14; ای که شخص منت حقیر نمود *heus* (tu), *cui tibi corpus meum miserabile est visum* ibid. 17, 21; هنرور که بختش نباشد بکام *vir probus, cui fortuna non favet* ibid. 101, 21; هرکه در خردیش ادب نکنند *quemcunque in pueritia non instruunt* ibid. 147, 4; آنکس که توانگرت نمیگرداند *ille, qui te divitem non facit* ibid. 92, 1; کسی که زبانش نباشد اندر حکم *ille, cuius lingua est intemperans* ibid. 7, 17 coll. 16, 12; 20, 5; 25, 7; تا بدانستم آنچه خصلت اوست *ex quo cognovi, quae sit illius natura* ibid. 104, l. ult. — Exempla ablativi, instrumentalis et locativi, qui ope praepositionum exprimuntur, haec sunt: آنکس که بقرآن وخبر زو نرهی *ille, a quo te expedire non potes ope Corani et traditionis* Gul. 110, 16 coll. 8, 21; خر که کمتر نهند بر وی بار *asinus, cui onus levius imponunt* ibid. 157, 1 coll. 9, 22; 125, 10; نه مردست آن که در وی مردمی نیست *vir non est ille, in quo non est humanitas* ibid. 79, l. ult.; آنکه بی او بسر نشاید برد *ille sine quo vitam degere non licet* ibid. 121, 13;

b) solo relativo aut immutato manente aut casus obliqui signo را notato, ut oriatur کرا s. کهرا et چرا s. چهرا (§ 266), aut ad exprimendos alios casus ablativum, instrumentalem et locativum cum praepositione coniuncto. Exempla sunt:

α) nominativi که s. که او s. کو: عالم آن کس بود که بد نکند *sapiens ille est, qui malum non facit* Gul. 76, l. ult; هرکه او در بند آرایش بود *quicunque in vinculis ornamenti est* Pend. 38, 7; پادشاهی کو روا دارد ستم بر زیردست *rex, qui iniustitiam in subditos licitam habet* Gul. 24, 12;

β) genitivi که =: از دست وزبان که بر آید ✿ کز عهدهٔ شکرش بدر آید *cuius manu et lingua fieri potest, ut officiis suis gratiarum actionis satisfaciat?* Gul. 1 fin.;

γ) dativi کرا : کرا پادشاهی سزاید بداد ۞ کرا پایه بایست پایه نهاد *cui regnum decet, dedit, cui dignitas debetur,* (hunc) *muneri praeposuit* Fr. 28, 27 coll. Gul. 84, 7; 93, 6; vel که, si praecedit vel sequitur nomen vel pronomen dativum indicans: خانهٔرا که چون تو همسایه است ۞ ده درم سیم کم عیار ارزد *domus, cui instar tui vicinus est, pretium decem dirhemorum argenteorum minoris bonitatis habet* pro خانهٔ کرا ibid. 112, 8; ترا که دست بلرزد *tu* (o senex), *cui manus tremula est* pro تو کرا ibid. 144 fin.;

δ) accusativi کرا s. که : وآن کرا پادشاهی بیندازد *et ille, quem rex depellit* Gul. 115, 8; هر عیب که پسندد هنر است *omne vitium, quod approbat, virtus est* ibid. 4, 11 coll. 15, 2; 38, 14; هر چه دارد *quodcunque possidet* Pend. 13, 13; آنچه فرمودی *id quod iussisti* Gul. 29, 8; et بکه cum praep. به : بکه رفت آهو زبیم گزند (altus collis), *ad quem ibat dorcas metu damni* Chr. Sch. 95, 136;

ε) ablativi, instrumentalis et locativi که aut که praecedente praepositione : خبری که دانی دلی بیازارد ad verb. *nuntius, de quo scis, animum affligit* i. e. nuntius, quem nosti animum affligere Gul. 172, 21; چه کنم بسا که توان گفت *quid faciam* (illi), *de quo dici potest,* pro با آن که ibid. 59, 19; با همه تندی وصلابت که اوست *non obstante omni ferocitate et robore, quo praeditus ille* (elephas) *est,* ubi که pro با که, quia praecedit با, ibid. 104, 5; از آن بوستان که تو بودی *ex illo horto, in quo eras* ibid. 3, 7; حالی که من این سخن بگفتم *tempore, quo haec dicebam* ibid. 10, 15 coll. 161, 11; آنجا که رود *illo loco, quo incedit* ibid. 99, 21 coll. 99, 9; از که بریدی وبا که پیوستی (vide) *a quo tu te separasti et quocum te coniunxisti* ibid. 174, 19.

262. Antiquiores inprimis poetae, ut فردوسی, میر معزی al. usurpant etiam کجا (fortasse pro کو جا coll. کو *ubi?* et

stirpe interrogativa z. کو kū, s. कु e. g. in z. kuthra, kutha et s. कुत्र, कुतस्), quod proprie significat *quo loco, ubi* Sp. Chr. 8, 16 et *quomodo, qua ratione* Sp. Chr. 89, 17; Gul. 84, 16; Chr. Sch. 6, 74; 63, 486, pro relativo که et چه B., Bh. et Gl. Sch. coll. Chr. Sch. 40, 176; 72, 12; Fr. 19, 17; Sp. Chr. 41 fin.; 44, 4 et dicunt etiam آنکجا pro آنچه et چنان کجا pro چنان که et ازان کجا pro ازانکه Bh.

263. Interrogativa sunt eadem relativa کـه *quis* et چه *quid* in casibus obl. کرا et چرا; sed چرا (proprie *ad quid*) significatione *quare, cur?* usitatum est, qua apud poetas haud raro etiam چه et از چه legitur, e. g. بآمرزش تو که راه یافتی *quis viam invenisset ad condonationem tuam?* Sp. Chr. 70, 2, ubi sec. schol. که i. q. کدام *quis* significat; تو چه کسی واین جفت مرغ چیست *quisnam tu es* et *quid est illud par avium?* Wilk. Chr. 151, 10; کرا رهبری کند *cui viam monstrabit?* Gul. 77, 3; چرا بپیشم پس از دیرها نامدی *quare post tam longum tempus ad me non venisti?* Sp. Chr. 7, 13; چه داری همی جام زرین بکش *quare poculum aureum sub axilla retines?* Chr. Sch. 8, 96; که جام نبیذ از چه داری نگاه *quare retines poculum vini?* ibid. 8, 94. — In poetico sermone plurales کیان et چها in usu sunt et Cast. ex G. affert etiam pluralem چیان, e. g. تو دانی مو بمو کایشان کیانند *tu scis accuratissime, quinam illi sunt* Jos. et Sul. 69, 8 infra coll. hoc hem. poetae صائب, metr. هزج: اگر گویم که از نا دیدن رویت چها دیدم *si dico, quum non contigerit mihi, ut vultum tuum aspicerem, quales res vidi?* Plura v. in lex. nostr. s. v.

264. Pro interrogativo چه afferunt lex. B. et F. auctores aliam formam زَش, cui etiam sec. F. suff. ی additur, ut oriatur زشی s. زشّی (که در کلمه بر زش ایله مشدده معجمهٔ شین زشّی مقابلهٔ سؤالده جواب استعمال اولنور مثلا بسؤال فلان‌را زشی دیرلر یعنی فلانک سؤالنه نه جواب ویریلور دیمک اولور وتخفیف شینلهده

جائز اولورمش F.), quae tamen non nisi apud antiquiores poetas in usu fuisse videtur. Nam docente lex. B. auctore dicitur زش بگویم pro چه بگویم *quid dicam?* et زش این pro چه این *quid hoc?* et زش آن pro چه آن *quid illud?* et زش vel زشی leguntur in hisce versibus poetae رودکی a lex. F. auctore allatis, metr. رمل : زش ازو پاسخ دهم اندر نهان ✿ زش بیندازی میان مردمان i. e. „*Quid respondeam de illo in occulto? quid paras inter homines?*“ et گر کند دلیر زحال دل سوال ✿ پیش او زشی ای عاشق شیدا i. e. „*Si statum animi cordatus inquirit, quid rei est coram illo, o amator vecors?*“

Not. Sine dubio زش = phl. זשׁ et pa. چش ortum est e pronomine interrog. z. 𐬗𐬌𐬯 cis *quis*, qui est nominativus stirpis interrog. 𐬗𐬌 ci = p. چه, quum lit. ز etiam respondeat z. 𐬗, s. च, d. q. v. § 52, c. (Per errorem suffixum ـی in زشی ad 2 ps. sg. praes. verbi substantivi in lex. uostro refertur, sed re vera est suffixum ـی ê, quo articulus indefinitus exprimitur, ita ut زشی ex ap. ciscciy *aliquid* mutatum videatur). Vocabulum زش nil aliud esse quam z. 𐬗𐬌𐬯 cis probat etiam syn. pars. 𐬗𐬌𐬯 s. چش, in quo lit. primitiva 𐬗 s. چ servata est quodque Neriosengh vertit किंचित् *aliquid*. Inde etiam sequitur, ut voc. چیز *res, aliquid*, cuius forma decurtata est چی Gul. 29, 17, eiusdem originis sit ac pa. چش et p. زش. Quod denique attinet ad pa. تش s. 𐬐𐬀𐬛𐬌𐬯, quum significatione cum چش conveniat, nullus dubito, quin alia forma sit vocabuli چش et literae چ s. 𐬗 permutatio cum ت s. 𐬐 dialecti varietate nitatur. Plura v. in Sp. Pg. p. 29. 73 et 74.

265. Interrogando peculiariter quoque inservit pronomen کُدام *quis, quae, quid? qualis, quale?*, quod de personis et rebus adhibetur sed immutatum manet et a generis numerique discrimine alienum est. Alia significatio est *aliquis, aliquid,* quum هیچ کدام significet *nullus, nemo* et هر کدام *quicunque.* Compositum est ut کجا e stirpe interrogativa کُ pro کو (§ 262) et

syllaba دام e terminatione superlativi **tama** orta, quum respondeat phl. כַּדָאם, pa. **kadâm** = s. कतम *quis* de pluribus, qui est superlativus pronominis interrogativi क, cuius comparativus कतर *quis* de duobus etiam in zendica lingua in usu est sed duplici forma **katara** et **katâra**, d. q. v. Sp. Zg. § 174. Formae recentiores sunt کدامی et کدامین.

266. Relativa et interrogativa که et چه abiecta lit. ه aliis vocibus saepissime praefiguntur, qua in compositione vocalis *i* pronominum کِ et چِ ante consonantes semper retinetur, e. g. کِرا pro کهرا; چِرا pro چهرا; چِگونه pro چه گونه *quomodo* coll. چِگویم pro چه گویم *quid dicam?* Sec. nam. 44, 15; ترا با این سخن چِکارست *quid tibi cum illa re?* pro چه کارست Hist. pr. reg. p. 2, l. 15 et چِگونه بود در میان آشتی *quomodo pax constare potest?* Frag. 25, 6.

267. Eadem quoque vocalis pronominum کِ et چِ pro که et چه immutata manet, si vox, quacum componuntur, a vocali اِی vel اِ incipit, vocalis autem literae ا initialis eliditur et ipsa quoque lit ا, si supervacanea est, eiicitur (§ 77), e. g. کِین pro که این Chr. Sch. 9, 111, sed legitur کِامتلا pro که امتلا, ut in hoc hem. poetae طالب آملی, metr. هزج : زتیغ فقر چندان زخم خوردم کامتلا کرد „*Gladio paupertatis tam valde percussus sum, ut vomitum facerem*“ Bh. s. v. امتلا.

268. Si a vocali اَ vel آ vel اُو incipit vocabulum, pron. praefixa کِ et چِ hanc vocalem recipiunt, litera initiali ا supervacanea aut abiecta aut cum ی permutata (§§ 77. 81. 90), lit. autem ا necessaria immutata manente, e. g. کَز pro که اَز B. s. v. coll. Chr. Sch. 1, 6; کَان pro که آن; کَیَم pro که اَم; کُو pro که اُو; کَاندر pro که اَندر Chr. Sch. 10, 125; کَاقْبال pro که اَقبال Sec. nam. 153, 5.

269. Interdum, metro inprimis exigente, pronomina که et چه fini vocis affiguntur, qua in compositione sola lit. ك et چ remanet e. g. زانك pro زانكه Gul. 26, 4 coll. بعد ازانك Schahn. ed. Mohl t. I, 164, 1; آنچ pro آنچه ibid. 80, 18; 92, 2; 250, 17; 266, 3; هرچ pro هرچه Fl. Ali's Spr. p. 37, l. 21.

270. Inde sequitur, ut pronominis rel. et interrog. که forma primitiva sit ك (كى Schahn. ed. Mohl t. I, 74, 81), sanscritum thema interrog. कि = z. ap. et pa. ka, litera ه autem sit formativa eaque tantum de causa addita, quia voces persicae in consonantem vel literam quiescentem exire debent (§ 113). Eodem modo pronomen relat. et interrog. چه explicandum, cuius forma primitiva est چ (چى), respondens zend. et sanscr. stirpi pronominali ci, coll. pa. ci et ap. cis in cisciy, quae e कि, litera gutturali cum respondenti palatina permutata, emollita videtur et in sanscrito चित् et zendico 𐬗𐬌𐬱 cis in pron. 𐬥𐬀𐬉𐬗𐬌𐬱 naêcis *non aliquis, nullus*, coll. ap. ciy in kasciy, cisciy al., est conspicua. Recte igitur Persarum grammatici pronomina که et چه primis tantum literis کاف et چیم appellant. Cf. Bopp Vg.[2] §§ 14. 390. 399 eiusdem Krit. Gramm. § 260 et Sp. Zg. § 170.

PRONOMINA INDEFINITA.

271. Pronomina indefinita sunt aut adiectiva pronominalia aut substantiva sive simplicia sive composita, sed pauciora quam in linguis cognatis zendica et sanscrita et dialectis antiquioribus persicis. Saepe etiam articulus indefinitus ى = *ê* affigitur. Quum genus non distinguatur in interpretatione horum pronominum semper masculinum adhibui.

1) کس s. کسی, p. 𐬐𐬀𐬱 kas, *aliquis, quidam* et sequente negatione *nemo*.

2) هیچ s. ایچ s. هیش, phl. היך, pa. ܗܺܝܟ hêc s. ܗܺܝܟܝ hêci s. ܗܺܝ ܟܝ hê ci, *ullus* et sequente negatione *nullus, nihil*, qua tamen significatione negativa inprimis in sermone vulgari etiam per se usurpatur, quum saepissime cum negatione coniungi soleat, unde dicunt هیچ دان i. q. هیچ مدان *qui nihil scit, ignarus*; هیچکاره *qui nihil agit, iners, nequam*; هیچ مرد *homo vilis, ignobilis*; هیچ کس i. q. هیچ et i. q. هیچکاره Bh. Praeterea هیچ est particula interrogativa, e. g. هیچ شنیدی *audivistine?* Gul. 49, 19; این همه هیچست چون می بگذرد *haec omnia num vere existunt, quum praetereant?* ib. 52, 16.

3) یکی *aliquis*, compositum e یک *unus* et art. indefinito.

Synonyma ar. sunt شخص s. شخصی *quidam* et فلان s. فلانی *talis, quidam*.

4) هر, z. ܗܰܘܪܘܰ haurva, ap. har'uva, s. सर्व, *quivis, omnis*. Semper immutatum praecedit nomini singularis numeri, ad quod refertur. Inde comp. هر کس s. هر یک s. هر یکی s. هر شخص *quisque*; هر کدام *quicunque*; هر که s. هر آنکه *quisquis*; هر چه s. هر آنچه *quidquid*; هر دو *ambo, uterque*.

5) همه, z. ܗܰܡܰ hama, phl. המא s. המאך, ap. et pa. hama, s. सम, *omnis, omnes* et *totus*. Praeponi vel postponi potest nomini singularis vel pluralis numeri, qua in constructione etiam immutatum manet. Interdum in poetico inprimis sermone cum sequenti nomine ope genitivi notae *i* coniungitur. — Inde همگی s. همگین suff. ی et ین i. q. همه et plur. همگان, irreg. همگنان, *omnes, universi*, quo utuntur, si absolute positus est.

Synonyma ar. sunt جمله, کل et تمام.

6) دیگر s. دگر *alius* et ut syn. phl. דתיגר, pa. ܕܰܕܺܝܓܰܪ dadîgar i. q. z. ܒܺܬܝܰ bitya, ap. duvitiya, s. द्वितीय *alter, alius, secundus* s. *posterior*, opp. پیشین *anterior*, unde

سدیگر s. سہ دیگر i. q. pa. [illegible] (Sp. Pg. p. 63 et 118) *tertius* (§ 232 not.). — Inde یکی دیگر *alter quidam*, *quilibet alius* et comp. یکدیگر *unus alterum, alteri, invicem.*

Synonymum ar. est غَیر sequente genitivo.

7) اَند i. q. چَند B. et Gl. Sch. *aliquot* significans numerum incertum inter unum et decem aut inter tres et novem vel decem, unde demin. اَندك *paucus*, *parvus* (opp. بسیار et بیش et فراوان Bh.) coll. harum vocum interpretatione, a lex. Bh. auctore allata : اند بوزن ومعنی چند وآن در رشیدی میان یک وده است ودر آدات الفضلا وفرهنگ قوسی میان سه وده ودر برهان ترجمه بضع ونیف وآن از سه تا نه وبهر تقدیر معنی تخمین وگمان در بر دارد واندك مصغر آنست وبزعم فقیر کاف نسبت است نه تصغیر. Idem est phl. אנד a z. a v a ñ ṭ derivandum et pa. [illegible] in libris pars. saepe usitatum, quum contra p. اند non nisi apud antiquiores Persarum scriptores in usu fuisse videatur, e. g. in hoc vs. poetae انوری, qui legitur in lex. Bh., metr. خفیف : عدد سالهای دولت تو ✿ همچو تاریخ پانصد وچل واند i. e. „*Anni regni tui numero aequant aeram quingentorum quadraginta et paucorum annorum.*" Cf. etiam Pend. 16, 7 et LV not. b. Sp. Pg. p. 73 et 118 not.

8) چَند, z. [illegible] c v a ñ ṭ, phl. נַנד, pa. [illegible] c a ñ ṭ, *aliquot*. Praeponitur nomini simplici vel cum art. indef. ی — ê coniuncto ad normam compositi, ut چند روز s. چند روزی *aliquot dies*, aut postponitur nomini, cui etiam art. indefinitus affigitur, ut شبی چند *aliquot noctes*; تنی چند *nonnulli.*

DE NOMINUM FORMATIONE.

272. Nomina persica aut sunt primitiva aut derivativa. Ad primitiva pertinent ipsae verborum radices, quae nominum vice funguntur non solum in compositione, in qua participii praesentis et praeteriti significationem obtinere possunt, ut ریز in اشکریز *lacrimas fundens*; دار in نامدار i. q. *celeber*; زن in راهزن *viam infestans, latro*; سوز in دلسوز *animum affligens*; شکن in صفشکن *aciem perrumpens*; گذر in راهگذر i. q. *viator*; نما in راهنما *viam monstrans, dux*; گیر in دستگیر *manum prehendens* i. q. *adiutor* et *manu captus* i. q. *captivus*; آویز in دلآویز *qui cordi adhaeret* i. q. *animum devinciens, animo gratus*; ساز in چارهساز *remedium adhibens* coll. کار خدا ساز *opus a Deo factum*; سپر in کوهسپر *montes peragrans* coll. پی سپر *pede tritus, calcatus*; تراش in سرتراش *tonsor capitis* coll. ایزد تراش *a Deo scalptus* (چیزی که تراشیده ایزد باشد Bh.); پذیر in دلپذیر proprie *a corde acceptus* i. q. *animo gratus*; خواه in دلخواه proprie *a corde desideratus* i. q. *expetitus, amatus*; دوز in زردوز *acu aurea pictor, phrygio* (دوزنده زر) et *acu aurea pictus* (دوخته بزر) Bh., sed etiam solae et per se positae, e. g. بند *vinculum*; چین *plica, ruga*; ریز *res quaevis minuta; sorbitio*, al.; سوز *ardor, aestus*; فریب *fallacia, fraus*; گداز *liquatio*; گذار s. گذر *transitus*. — Iisdem adnumeranda etiam sunt ea nomina persica, quae ita immutata et detruncata sunt, ut nisi accurata cum dialectis cognatis comparatione primitiva eorum forma erui et agnosci non possit, e. g. بوی *odor* = z. baodha; می *vinum*, phl. מאי, pa. maê = z. et s. madhu; دل *cor* = z. zaredhaya, s. हृदय, gr. *καρδία*, lat. cord-; گل *rosa*, phl. גול, arm. ward coll. gr. *ῥόδον* (pro *Fρόδον*), lat. rosa; سولی *vomer* = z. çufra; سال *annus* = z. çaredha, s. शरद्; خشم *ira* = z. aêshma; هیزم *lignum* = z. aêçma, phl.

278. Denique in copulativorum numerum referenda sunt composita ad vim significationis augendam formata, quorum utrumque membrum plerumque in eundem sonum exit et quorum unum alterumve aut utrumque non usitatum est nisi in compositione. Talis componendi ratio in arabica quoque lingua usitata termino grammatico اتباع i. e. *coniunctio duorum synonymorum* designatur; compositi autem membra nominantur توابع i. e. *asseclae* s. *sectatores* et in lingua persica ope copulae و inter se coniunguntur, quae tamen in arabica omittitur, ut in ar. حسن بسن *pulcer, elegans* et قبیح شقیح *deformis, foedus* (فائده چنانکه در عربی بعضی الفاظ برای تاکید می آیند وعلیحده معنی ندارند چون حسن بسن همچنین در فارسی لیکن فرق میان عربی وفارسی آن است که تاکید عربی بی واو عطف باشد وفارسی بواو عطف Splieth l. l. p. 40), e. g. ترت ومرت vel تار ومار s. تال ومال vel خند وتند i. q. *perturbatus, susque deque, perditus*; چار وچدر *remedium et auxilium;* سیب وتیب s. شیب وتیب *attonitus, perculsus;* هرج ومرج vel غار وغور *tumultus, confusio;* هشت ومشت *certamen, luctatio, pugilatus*; کت ومت i. q. *re vera* (بعینه); بوس ولوس s. ملج وموج *osculari et lingere;* کوچ وبلوچ alia, d. q. v. lex. nostrum. Auctor grammaticae pers. lexico Raschîdî praefixae (l. l. p. 40) addit : آس وداس i. q. سفله ودون *vilis, humilis;* شنج وغنج i. q. شیرین *dulcis;* کند ومند i. q. خراب وویران *devastatus, desertus*, quae tamen exempla in aliis lex. desunt.

II. COMPOSITA DETERMINATIVA.

279. Tria sunt compositorum determinativorum genera in dialectis antiquioribus persicis aeque usitata (Spiegel Zg. § 95 et 96, d. altp. Keilinschr. p. 152, Hg. § 145—147 et Pg. p. 107) :

A) Comp. determinativa appositionalia (Karmadhâraya).

Posterius huius compositi membrum aut substantivum aut adiectivum est, quod priore magis definitur vel describitur, prius contra excepto verbo alia quaevis orationis pars esse potest; e. g. رخشنده روز *splendens dies;* زرین کمر *cingulum aureum;* نبرده سوار *strenuus eques;* خوش خوان *praeclare canens;* خوش نویس *scriba egregius;* نو رسیده *nuperrime pubertatem ingressus;* نیک زشت *valde turpis;* بسیار خسپ *multum dormiens;* بسیار خوار *multum comedens;* سبک خیز *cito, promte surgens,* unde *promtus, expeditus;* سبک رو *velociter incedens, cursor;* پس نشین *pone sedens* opp. پیش نشین, q. v. in lex. nostro; هم نشین *una sedens* i. q. *socius, sodalis;* هم باز s. انباز *socius, particeps, par, aequalis;* نا پاك *impurus;* نا بالغ *impubes;* نا درست *non verus, falsus;* نادان i. q. نادانا *insipiens;* ناکس s. نامردم *qui non est homo* i. e. *homo vilis, ignobilis, inhumanissimus* opp. بی کس, q. v. infra § 280, d; کوه گنج (thesaurus instar montis) i. q. *thesaurus magnus* Bh.; زبرجد سم *ungula viridis instar smaragdi;* زگال آب (aqua nigra instar carbonis) i. q. *atramentum;* مرد گدا *mendicus* opp. زن گدا *mulier mendicans;* نر شیر *leo* opp. ماده شیر *leaena;* منزل گاه *statio in itinere, mansio, hospitium* (i. q. منزل Bh.); رستم یکدست *Rustemus una manu natus.* — Huc pertinent etiam composita, quorum priora membra aut praefixa sunt supra § 272, A accuratius descripta, ut اهمه, انیر, دژپسند, دشخوار, هوخت, هجیر s. خجیر al. aut vocabulum ما s. مای e مها = s. महा decurtatum et *magnus* significans, e. g. ماچین, مای هند, ماهما, d. q. v. lex. nostrum.

Interdum inversus est membrorum ordo, ita ut res determinata primum locum occupet, e. g. سپید رو = رو سپید i. q. *illustris, excellens;* زنبور سرخ met. *pruna;* گل گنده *rosa foetens;* جمشید *Jamshêd* = z. yimô khshaêtô i. e. *Yima splendens;* خورشید *sol* = z. hvarekhshaêta; گوسپند e

z. gaoçpeñta *bos sacer* ortum sed significatione *ovis* in lingua pers. usitatum. Talia autem composita adulterina sunt e duobus vocabulis quasi inter se coalitis orta, ut exempla zendica satis probant. Nec assentiendum est grammaticis indicis, qui composita भरतश्रेष्ठ, राजाधम, sim. vertunt *optimus Bharatida, infimus rex* et compositis Karmadhâraya adnumerant, quum iure optimo sint comp. Tatpurusha et vertenda *Bharatidarum optimus, regum infimus.*

B) Comp. determinativa numeralia (Dvigu).

Hoc compositorum genus a praecedenti appositionali eo tantum differt, quod prius membrum semper est numerale, quo posterius accuratius definitur, e. g. دو جهان *hic mundus et mundus futurus;* دو کارد (duo cultri) i. q. *forfex;* سه ایوان دماغ *tres domus cerebri* i. e. sedes cogitationis, imaginationis et memoriae; سه جاده *tres viae maiores*, i. e. tres distantiae : longitudo, latitudo et altitudo et met. tres gradus perfectionis; سه فرزند *tres filii* naturae i. e. tres rerum creatarum ordines : regnum animantium, plantarum et fossilium; چهار دریچه *quatuor fenestrae* met. auris, oculus, nares, os; چهار نظم *quatuor elementa*; پنج شعبه *quinque sensus;* شش بانو s. شش خاتون met. *sex stellae* v. lex.; شش جهت s. شش طرف *sex latera* s. *plagae.*

C) Comp. determinativa regiminis (Tatpurusha).

Talis compositi prius membrum a posteriore semper pendet et praeter nominativum et accusativum cuiusvis casus rationem exprimere potest; ipsum compositum aut duobus substantivis constat aut substantivo et sequenti adiectivo vel participio. Saepissime tamen posterius membrum est ipsa verbi radix, quae in compositione participii praesentis vel praeteriti locum obtinet (§ 272). Sequentes igitur casus in priore membro intelligendi sunt :

a) Genitivus, e. g. پند نامه *liber consiliorum;* درویش پسر *Dervischi filius;* شبگاه *tempus nocturnum;* رستاخیز (§ 272) *resurrectio mortuorum* = phl. ריסתאחיז, pars. [illegible], quod e phl. ריסת, pa. [illegible] s. رست = z. iriçta *mortuus* et phl. אחיז, pa. [illegible] i. q. p. خیز *resurrectio* a v. phl. אחיזיתנן coll. pa. [illegible] = p. خاستن *surgere* compositum est (Sp. Pg. p. 36, not. *).

b) Dativus, e. g. خوابگاه *locus dormitorius* i. q. dormiendo aptus; رزمگاه *locus proelii* i. q. pugnando inserviens; شبخانه *locus* vel *domus, qua quis pernoctat* i. q. pernoctando inserviens; سرمه چوب *specillum, quo collyrium illinitur.*

c) Accusativus, e. g. دل آزار *animum affligens;* شیر افگن *leonem prosternens* i. e. *athleta;* تیر انداز *sagittarius;* سخن آرا *verba exornans, eloquens;* ستم اندیش s. ستم پرور i. q. *iniustus, oppressor, tyrannus;* شهر آشوب *urbes perturbans,* de puellis formosis; شهوت انگیز *libidinem excitans;* زور آور *robustus, fortis;* پیغمبر *nuntius;* رهنما = pa. [illegible] *viam monstrans, dux;* سخن آفرین *verbi creator* de Deo Bost. p. 1; صف شکن *aciem perrumpens* i. q. *fortis;* راه زن s. راه بند *viam infestans, latro;* فریاد رس (ad clamorem perveniens) i. q. *auxiliator, protector;* کام یاب *voti compos;* خشم رفته i. q. *iratus;* سر آمد i. q. *praevalens, excellens, princeps;* راه نورد *viam emetiens* spec. *equus, iumentum;* دست دراز s. باهو دراز (*longus quoad manum*) met. *iniurius, violentus;* زبان دراز (longus quoad linguam) i. q. *qui multum vel incaute* s. *inconsiderate loquitur;* زبان بریده (scissus s. amputatus quoad linguam) i. e. *silens, taciturnus* Gul. 7, 16.

d) Locativus, e. g. تخت نشین *throno insidens;* راه نشین *in via sedens* i. q. *mendicus;* سحر خیز *mane surgens;* چمن خیز *in horto nascens;* شب خوان *noctu canens* i. q.

luscinia; سایه پرور s. سایه پرورده *in umbra educatus* i. e. *molliter, delicate educatus*; سایه رَو *in umbra incedens* i. q. *vigil, fur*; راه رَو *viator*; v. etiam آتش رَو et موکب رَو in lex. nostro s. v. رَو.

e) **Instrumentalis et ablativus**, e. g. شمشیر زن *gladio feriens*; رشک کُش *qui invidia occiditur*; رو شناس (facie notus) i. q. *illustris*; رسن پیچ *fune contorta* rota; زمین خیز *e terra oriens*; زهر آلای *venenatus* et *veneno inficiens*; خجلت زده *pudore suffusus, pudibundus*; خدا داد *a Deo datus*; خون آلود *sanguine conspersus*; خشم آلود *ira infectus, iratus*; دست نوشت *manu scriptum, autographum*; شاه زاده *regia stirpe ortus*; زر رشته i. q. *aurum ductile*; فیروز شاد *de victoria gaudens*; لکد کوب *pedibus conculcatus, contritus*; پای مالیده = پای مال *pede tritus, ictu afflictus*; سر وپا برهنه *capite et pedibus nudus* Gul. 61, 20; زبرجد جام *poculum smaragdinum* coll. پیروزه چادر s. پیروزه چرخ s. پیروزه طشت s. پیروزه مغفر met. *coelum*; آبگینه خم s. آبگینه طارم *fornix crystallina* i. q. *coelum*. V. etiam supra § 272 زر دوز, دل خواه, دل پذیر al.

III. COMPOSITA ATTRIBUTIVA (BAHUVRÎHI).

280. Composita **attributiva** sive **possessiva** sunt adiectiva vel appellativa, quae exprimunt personam vel rem, cui attribuitur id, quod singulae compositi partes designant, ea quidem ratione, ut notio possidendi plerumque mente suppleatur. Proprie igitur hoc compositionis genus, quod etiam in dialectis antiquioribus persicis saepissime reperitur (Spiegel Zg. § 97, d. altp. Keilinschr. p. 152, Hg. § 144 et Pg. § 100), est determinativum instar adiectivi usurpatum. Prius attributivorum membrum praeter verbum, coniunctionem, interiectionem quaeque alia orationis pars esse potest, sae-

pissime tamen est nomen adiectivum vel substantivum; posterius autem semper est nomen substantivum vel adiectivum substantive accipiendum. Membrorum igitur ratione habita quatuor distinguenda sunt attributivorum genera :

a) si duo membra sunt **substantiva**, e. g. شیر دل *animo leonis praeditus (löwenherzig)*; گل رنگ *coloris rosei (rosenfarbig)*; گل رخ *rosae genus habens (rosenwangig)*; خر گوش (aures asininas habens) i. q. *lepus*; سمن بر s. سمن سینه *pectus album instar floris* سمن *dicti habens*; آهو چشم *oculos dorcadis habens*, epith. amatae; دریا نوال s. سپهر نوال s. سحاب نوال i. q. *valde liberalis* Bh.; بادپا (venti pedes habens) i. q. *pedibus velox*; غنچه لب s. غنچه دهان *ore* aut *labris instar calycis nondum explicati praedita* amata; پری پیکر s. پری چهره s. پری روی *instar angeli forma et pulchritudine insignis*; پرنیان خوی (sericeae naturae) met *homo indolis placidae* B.; مشک بوی *moschum redolens*; بازی گوش proprie *aures ad lusum* i. e. ad vocem puerorum ludentium *directos habens*, unde met. *dicto non parens, protervus* (شوخ وسخن ناشنوا ومعنی ترکیبی آنکه گوش طفلی که گوش بر آواز بازی طفل دیگر دارد وآن SHL. ببازی دارد عبارت از طفل بازی دوست است Bh. شوخ وشنگ B.): زر تار *e filis aureis elaborata* res; روز افزون *quovis die augescens vel crescens*;

b) si prius membrum est **adiectivum** vel **participium**, e. g. خوبروی *pulcra facie praeditus*; سیاه چشم *nigris oculis praeditus*; v. etiam سیاه گوش in lex. nostro; سبک رفتار s. سبک گام i. q. *cursor*; سبک دست i. q. *promtus*, *dexter in operibus manuariis*; نیک نام *bonum nomen habens*, *celeber*; پُر کار *negotii plenus*, *laboriosus*, ut in نکتهٔ پر کار *dictum subtile* B.; پُر دل i. q. *cordatus*, *strenuus*, *fortis*; پر گو s. پر گوی *loquax*, unde n. abstr. پر گوئی *loquacitas* B., quocum conferendum est pa. [illegible] *hoffnungsfülle* e **purômêd** addito suff. *î* formatum; بینا دل *animum perspicacem habens*, *ingeniosus*; گشاده دل *cor*

apertum habens, laetus; زبان گشاده i. q. *disertus, facundus;* گسسته دل *animo fractus, afflictus;* گسسته دم i. q. *exanimatus* s. *exanimis.* Adde composita praefixis formata, ut دژآهنج s. دژآهنگ; دژخیم; دشمن; هورخش supra § 272, A, d et e exposita.

Lex. Bh. auctor huc referre videtur etiam composita inverso membrorum ordine, qualia sunt دست دراز s. باهو دراز et زبان دراز et زبان بریده, quum illa significare dicat i. q. composita possessiva s. attributiva دراز دست s. دراز باهو et دراز زبان et بریده زبان, sed re vera pertinent ad classem determinativorum regiminis (Tatpurusha), ad quam ea etiam religavimus § 279, C, c, quum prius membrum دست vel باهو vel زبان casu accusativo positum intelligendum sit;

c) si prius membrum est pronomen aut numerale, e. g. اینگونه *hoc colore praeditus, ad hanc speciem pertinens, huiusmodi, talis;* چند گونه *varii generis, diversus;* یکدست *unam manum habens;* دو دل s. دو دله (duo corda habens) i. q. *incertus animi, consilii;* چهار پا s. چار پا = pa. ܓܘܕܩܬܡܪܘܥ *quadrupes;* چار میخ (quatuor clavos habens) genus supplicii *crucifixio* dictum; پنجپا *quinque pedes habens, cancer.*

d) si prius membrum est particula, ut praepositio, e. g. بَخِرَد (cum intellectu) *intelligens;* بَعِزَّت (cum gloria) *magnificus;* بَلَذَّت (cum delectatione) *suavis, iucundus, gratus;* Gul. 185, 17. 18; بشتاب (cum celeritate) *festinans, rapidus;* با امید (cum spe) *sperans;* با وفا (cum fide) *fidelis, constans;* بر قرار i. q. *stabilis, firmus* (قائم ومستحکم comm. in Bost. 305, 19); پیش نماز *primum precationem faciens* i. e. *antistes, qui praeit in precibus;* زیر دست i. q. *subiectus, subditus* Sp. Chr. 64, 9 opp. زبر دست *qui aliis superior est, potens* Gul. 27, 17; فرو تن i. q. *humilis, submissus;* بی باك (sine timore) *intrepidus;* بی شعور (sine scientia) s. بی علم s. بی دانش *insipiens;* بی زر (sine pecunia) i. q. *pauper;* بی کس (sine hominibus) i. q. *ab*

omnibus derelictus; بی گناه (sine culpa) *innocens;* بی هوش *mentis suae non compos, amens;* بی یار *auxilio destitutus;* aut particula negativa نا, si contra regulam praepositionis بی locum obtinens substantivis praeponitur, quod in quibusdam compositis attributivis usitatum esse Persarum grammatici docent, d. q. v. lex. Bh. auctoris argumentatio in lex. nostro t. II p. 261, a s. v. نا allata, e. g. نا امید *spei expers;* نا توان *impotens;* نا کام s. نا مراد *voti non compos;* ناهراس *timoris expers* Bh.; نا هنجار s. بی هنجار i. q. بی راه *iter devium* Bh.; aut adverbium, e. g. کم آواز *parum loquens, submissa voce loquens;* کم بخت *infelix, infortunatus;* کم بها *exigui pretii, vilis;* کم سال i. q. خرد سال *paucorum annorum iuvenis;* کم عمر *is, cuius vita brevis fuit;* هم خانه *in eadem domo habitans, contubernalis;* هم دم *familiaris, socius, amicus;* هم راه *socius itineris, comes;* هم سایه *vicinus.*

e) Huc pertinet etiam compositionis genus, cuius posterius membrum est substantivum ope praepositionis cum praecedenti substantivo coniunctum, e. g. سر بمهر *orificium in sigillo* s. *obsignatum habens,* de marsupio (کیسه) Wilk. Chr. 118, 2; سر بتو (caput intus habens) i. q. *capite demisso in cogitatione defixus* et met. *dolorum structor;* سر بر خط (caput super scriptum) i. q. *obediens* (فرمان بردار F.); سر در گلیم (caput in lodice) *nomen lusus* in lex. nostro pluribus descripti; سر در هوا (caput in aere) met. i. q. *perturbatus, attonitus* et *elatus, superbus;* گل بشکر, pro quo etiam گل شکر dicitur (rosas in sacchаro habens) i. q. *conditum rosaceum.*

IV. COMPOSITA ADVERBIALIA (AVYAYÎBHÂVA).

281. Composita adverbialia sanscrita formantur e voce indeclinabili et sequenti substantivo, cui neutralis datur terminatio, ut असंशयम् *sine dubio,* quod ex अ + संशय + म् compositum est. In dialecto antiquiore persica huius compositionis exemplum exstat patipadam *in suum locum, suo loco* Beh. I,

62, sed in ceteris dialectis persicis haec formandi ratio non usitata est. Persica composita adverbialia a ceteris forma non differunt, quum Persae genera terminatione non distinguant et adiectivis et substantivis sive simplicibus sive compositis instar adverbiorum uti possint. Pauca tamen sunt composita adverbialia, quae adverbiorum tantum habent significationem, e. g. بی گمان = phl. אפיגומאן et pa. [illegible] *sine dubio;* ناگاه s. بناگاه s. زناگاه s. ناگاهان s. زناگاهان *ex improviso, subito;* زانسو s. زانطرف *ultra;* بدر (in porta) *extra, foris;* اندر دمان *cito, festinanter;* در زمان (in tempore) *statim;* بمانند *instar;* کجا (§ 262) = pa. [illegible] *ubi, quo, quomodo;* هرگاه *semper;* پوی پوی imp. verbi پوئیدن repetitus i. q. *cito, citissime* (دوان ودوان تند تند بمعنی B.).

DE QUATUOR COMPOSITORUM CLASSIBUS IN UNIVERSUM.

282. Quamquam omnia composita in quatuor classes apte distribuuntur, idem tamen compositum diversa significatione diversae classis esse potest. Ita e. g. compositum determ. appositionale خوب روی *pulcra facies* et numerale چهار پاره *quatuor frusta* etiam composita attributiva esse possunt significatione *pulcra facie praeditus* et *e quatuor frustis vel partibus constans.*

283. Compositi membra saepissime quidem sunt simplicia, sed alterum utrum vel utrumque etiam compositum esse potest, e. g. in comp. determinativo regiminis سر وپا برهنه *capite et pedibus nudus* Gul. 61, 20 et in comp. attributivo ماه وخورشید چهر *lunae et solis faciem habens* priora membra سر وپا et ماه وخورشید sunt comp. copulativa; in comp. determinativo appositionali سخن گوی پیر *senex eloquens* prius membrum سخن گوی est comp. determinativum regiminis; in comp. determinativo regiminis چهل خانه گنج *quadraginta domuum*

thesaurus Gul. 36, 23 prius membrum چهل خانه est comp. determinativum numerale; in composito determinativo regiminis ناتوان بين *qui videre non potest* prius membrum ناتوان est comp. attributivum; idem valet de composito ناتوان گير *qui prehendere non potest.*

284. Haud raro unum compositi membrum constat e duabus vocibus in regimine positis et genitivi nota Izâfet inter se coniunctis, ut in composito determinativo regiminis مطمورهٔ عدم نشين *sedens in fovea nihili* et alio برادر مادر زاده *a fratre matris procreatus* et in composito determinativo numerali دو حجرهٔ خواب met. *duo oculi* aut e substantivo cum adiectivo ope Kesrae descriptionis coniuncto, ut in composito determinativo regiminis گل تازه دسته *rosarum recentium manipulus.*

285. De compositi membris in scribendo coniungendis vel separandis quum grammatici Persarum nihil praecipiant, utraque scribendi ratio, quam in libris manuscriptis et impressis aeque usitatam invenies, ut lubet, adhiberi potest.

PARTICULAE.

286. Particulae sunt aut adverbia aut praepositiones aut coniunctiones aut interiectiones. Quamquam illarum genera non semper bene distingui possunt et saepe etiam promiscue usurpantur, singulas tamen particularum classes in sequentibus separare et etymologiae maxime ratione habita accuratius pertractare constituimus.

ADVERBIA.

287. Adverbia linguae persicae neque terminatione neque propria formandi ratione distinguuntur, quum aliarum orationis partium formae etiam adverbiorum vice fungantur. Pauca tantum sunt adverbia genuina adverbiali tantum significatione usurpata. Adverbia igitur sunt :

a) S u b s t a n t i v a a c c u s a t i v o c a s u a d v e r b i a l i a c c i p i e n d a 1) s i m p l i c i a, e. g. باز *retro, rursus;* پس de loco *pone post,* de tempore *postea, deinde;* بالا s. بالای *supra* = phl. בארא s. באלא *altitudo;* بار *vicis* = phl. באר, unde بار دیگر *alia vice, alias* et باری (suff. ی unit.) *semel;* راز *clam* coll. z. r a z a ṅ h, s. रहस्; زینهار s. زنهار *cave;* خاموش *tace;* شام *vesperi;* گاه *interdum* coll. z. et s. g â t u, ap. g â t h u, phl. גאם et pa. 𐬔𐬁𐬵; نام *nomine* = z. n â m a, s. नाम coll. phl. נאמנשתיך, pa. نام قضارا ; چشتی i. q. از قضا *Deo volente, forte, fortuito;* گذشت (proprie *transitus*) i. q. ar. بعد *pone, post* et i. q. جز ar. غیر *praeter,* d. q. v. lex. nostr.; گرد *circum, circa;* et numero plurali, e. g. بارها *compluries* (§ 237), تنها *solum;* دیرها *longo tempore, diu;* بهاران *tempore verno;* 2) c o m p o s i t a, e. g. بامدادان = بامداد *diluculo, mane;* صبحدمان s. صبحگاهان = صبحدم s. صبحگاه *tempore matutino, mane;* ناگاهان = ناگاه *subito* (§ 195

not.); شب وروز s. روز وشب *dies noctesque* i. q. *semper*; سال وماه *annis et mensibus* i. q. *semper*; امروز *hoc die*, *hodie*; امشب *hac nocte* (§ 257, 3); هرروز *quotidie*; هر سال *quotannis*; هر گاه *omni tempore*, *semper*; هر آئينه s. هر آينه et decurt. هائينه s. هاينه *omni ratione*, *necessario*, *manifesto*; پار سال *anno praeterito*, پيرار سال *tertio abhinc anno*; پاره پاره *frustatim*; آنگاه *illo tempore*; اينجا *hoc loco*, *hic*; چپ وراست *sinistrorsum et dextrorsum*; سراسر s. سراپا *omnino*, *prorsus* (§ 276); روز بروز *diem ex die*, *in dies* (§ 277); سخن كوتاه i. q. *breviter*, *paucis*. Huc pertinent etiam locutiones arabicae, ut حاصل الامر s. حاصل كلام *summa summarum*, *quid multa?*, *paucis*;

b) Substantiva cum praepositionibus coniuncta, quae componendi ratio in dialecto pehlevica rarior est (Sp. Hg. p. 133), e. g. ازبر s. ازبرم s. ازبير s. زبر s. زبرم s. زبير (ex memoria) *memoriter*; از پس *a tergo*, *pone*, *post* et *postea*; از بامداد i. q. بامداد s. بامدادان *diluculo*, *mane*; پس از ديرها *post longum tempus* Sp. Chr. 7, 14; بدر *foris*, *extra* (i. q. بر در s. بيرون SHL.); پگاه *diluculo*, *mane*, quum e گاه i. q. صبح et praep. پ = phl. پون compositum videatur, ut proprie significet *in diluculo*; بگرد i. q. گرد *circum*, *circa*; بكردار *instar*, *sicut*; بويژه *peculiariter*, *praecipue*; بدين گونه *tali modo*; پس آنگاه *postea*, *deinde*; در نهان *in occulto*, *clam*, quibus adde locutiones arabicas بالجمله s. في الجمله *breviter*, *paucis*; بمثل s. في المثل = مثلا *exempli causa* al.

c) Adiectiva sive simplicia sive composita, e. g. اندك *parum*; ايچ s. هيچ *unquam*, cum neg. *nunquam* (§ 271, 2); پُر *multum*, *valde* Pend. 169, 1 coll. z. pouru, s. पुरु, phl. פור, pa. [illegible]; بلند *alte*; پيدا *palam* = phl. פיתאך, pa. [illegible] a z. paitidaya; تيز *acriter*, *celeriter* = phl. תיג, pa. [illegible]; خوار *contemtim*; دير *sero*, *tarde*; دور *procul*; زود *cito* = phl. זוח; ديگر *aliter*; چند s. چندی *multum* (§ 271, 8);

نیک *bene, valde*; نخست *primo* (§ 232 not.); چندان s. چندین (چند addito pron. dem. آن et این) *tantum, multum, valde*; چنو s. چنان s. چنین (چن pro چون additis pron. او, آن et این) *tali modo, ita*; روشن دل *corde, animo sereno, laeto*; بی گناه *innocenter*.

d) **Adverbia genuina**, quae adverbiali tantum significatione usurpantur. Sequuntur ordine alphabetico digesta.

1) آذون *eo modo, ita* (= آنچنان) et آندون i. q. آذون et *ibi* (= آنجا) et *illo tempore, tunc* (= آنگاه) opp. ایدون *hoc modo* (= اینچنین) et *hoc loco, hic* (= اینجا) et i. q. ایدون *nunc* (= اکنون) sunt particulae cognatae e pron. dem. آن s. آ *ille* et ای pro این *hic* (§ 257 et 258) et suff. دون s. ذون = phl. חונן, pa. [illegible] s. [illegible] compositae et ad z. aêtadha, phl. איתונן, pa. [illegible] s. [illegible] *tum, ibi, ita* coll. s. अधुना, इदानीम् *nunc* referendae. Saepius leguntur in Schahn. pro usitatiore آنچنین et اینچنین.

2) آری (بیای مجهول Bh.) *sane* (بلی ونعم F. کلمه ایجابست Bh.), quod fortasse e syn. phl. איור, pa. [illegible] mutatum est.

3) اَکنون s. کُنون s. نون *nunc* est phl. אנכון s. הנכון et referendum ad z. nû *modo, nunc* = s. नु s. नू.

4) اَندَرون s. دَرون coll. forma decurt. B. اَنـدَر *proprie interior pars*, e. g. in comp. سیاه درون, ساده درون, تیره درون, a praep. اندر s. در (§ 294, b) suffixo ون formatum est, sed significatione adverbiali *intus, intra* usitatum opp. بیرون *foris, extra*. Consentit phl. אנדרון, sed lectio dubia est pa. [illegible] (Sp. Pg. § 106);

5) آندون v. supra 1 s. v. آذون.

6) اَندی *praecipue, inprimis* (خاصه B. خصوصا F.), 2) *fortasse* (بود که وباشد که B.), 3) *tunc* (آن لحظه که ایام گذشته باشد B.), 4) *item, etiam* (نیز ar. ایضا B.), unde اندیک

(suff. ك pro كه) *fortasse* et *propterea, propterea quod* (از برای آن وزیراکه B.). Num forte cum pron. indef. انك cognata vox est?, d. q. v. § 271, 7;

7) ایذر *hoc loco, hic* (اینجا B.), 2) *nunc* (اکنون B.), 3) *ecce* (اینک B.), unde ایدری (suff. ی) i. q. اینجائی B. et ازیدر s. زیدر cum praep. از s. ز *hinc* Chr. Sch. 87, 106. Ex z. idha (y. 29, 8 idhâ), ap. idâ = s. इह orta particula;

8) ایدون v. supra 1 s. v. آذون;

9) پردا v. infra 17 s. v. فردا;

10) پرن *heri*, unde پرندوار s. پرندوش coll. دوش *nox* i. q. *nocte hesterni diei.* Referendum videtur ad s. पर *alius*, quocum compositum est परेद्युस् *postremo die* et परुत् *anno praeterito* et परारि *anno antepenultimo*, d. q. v. Bopp Vg.² § 392, quodque fortasse etiam agnoscendum est in p. پار i. q. پار سال *annus praeteritus* et in p. پریر *nudius tertius* et in lat. peren-die;

11) پریر s. decurt. پری i. q. پریروز *nudius tertius.* Cognatum videtur cum praecedenti پرن sub 10;

12) پیرامون s. پیرامن proprie *ambitus, circuitus*, sed ut adv. et praep. usitatum significatione *circum, circa.* Consentit cum phl. פּיראמון, pa. [illegible], et prior vocis pars sine dubio ad z. pairi, ap. pariy = s. परि referenda est. Forma decurtata sec. lex. F. auctorem est آمون s. آمن;

13) بیرون s. برون s. بیرن *foris, extra* consentit cum phl. בירון;

14) جدا *seorsim, separatim*, d. q. plura v. § 272, A, c.

15) دوش *hesterna nocte* est s. दोषा *noctu.*

16) دی *heri* = s. ह्यस्, gr. χθές, unde comp. دی روز eadem significatione et دی شب *hesterna nocte.*

17) فَردا s. پَردا *cras* cognatum est cum s. परेद्युस्. Cf. supra 10 پرن.

18) نیز *etiam, item* (دیگر ar. ایضا B.), unde بِنَیز praef. ب idem, 2) *nunquam, absit,* 3) *cito* B. F. Gl. Sch. Consentit cum phl. נִז.

19) هرگز *ullo tempore, unquam,* seq. neg. *nunquam,* qua tamen significatione etiam omissa negatione inprimis in sermone vulgari usurpatur, ut pron. indef. هیچ (§ 271, 2), quum saepissime cum negatione coniungi soleat, 2) *semper,* unde هرگزی (suff. ی) *sempiternus.* Idem est pa. [illegible] s. [illegible].

20) هَم, in comp. etiam هام ut in هامراه = همراه et in هاموار = هموار, *simul, una, pariter* est z. ham (hãm, haũ), phl. הם, pa. [illegible], s. सम, unde adv. comp.: همان et همین *item*; همانا pro هم مانا *quasi, tamquam* et *verisimiliter, sine dubio* = pa. [illegible] coll. phl. הומאנאך אנן = p. همانا آن; همواره s. contr. هماره *continuo, semper*; همیدون coll. ایدون *huius modi, itidem* et *ipso momento*; همیشه *semper* = phl. המישך. Componitur etiam هم cum praep. با, بِه, بر et در, d. q. v. lex. nostrum.

21) هَنوز s. هَنُز et هَنیز et نوز *adhuc,* seq. neg. *nondum, necdum.*

288. Adverbia interrogandi a pronominibus maximam partem originem ducunt et sunt:

1) آیا *num,* quod semper initio interrogationis directae ponitur, e. g. آیا تو ندانستهٔ *ignorastine?* Anv. Soh. **113**, vs. **2**; si indirecta est interrogatio, initium facit pron. interrog. که *utrum.* Saepissime autem Persae interrogationem nudam et simplicem non particula sed solo orationis contextu et verborum collocatione indicare solent, de quo plura v. in Syntaxi. Interrogationis duplicis posterior pars incipit a particula یا s. ویا *an,* d. q. v. infra § 295, 9;

2) چَند pron. indefinitum (§ 271, 8) significatione *quot, quantum* personis vel rebus numeratis semper praecedit, e. g. چند فرسنگست این راه *quot parasangas* (longa) *est haec via?* Pend. 169, 2; absolute autem positum de tempore intelligendum est significatione *quoties, quamdiu, quousque*, e. g. چند گوئی *quoties dixeris?* Gul. 66, 15; پای مسکین پیاده چند رود *miseri peditis pes quousque ambulaverit?* ibid. 60, 6 coll. 90, 6 et Sp. Chr. 6, 11;

3) چون s. چو *quomodo, qua ratione* et sec. Bh. i. q. چه *quid*, e. g. چون کنم *quid faciam?*; چون کنیم *quid faciamus?* Bh. Respondet pa. 𐬗𐬌𐬖𐬊𐬥 s. 𐬗𐬏𐬥, in qua tamen dialecto non legitur forma decurtata 𐬗𐬏 (Sp. Pg. § 107), et ortum est e phl. ג̄יגון (چیگون Justi), quod e pron. interrog. ci = z. ci et nom. substantivo gûn = z. gaona compositum est et optime consentit cum syn. persico چگونه pro چه گونه;

4) کو, unde کُ in comp. کَجا, کُدام usitatum, respondet stirpi interrogativae z. ku, s. कु (§ 262), sed in poetico tantum sermone adverbii interrogativi کَجا *ubi* vice fungi videtur (کو بمعنی چه شد وکجا رفت هم هست B.), cuius rei probandae causa Lumsden (l. l. t. II, p. 121) hunc versum affert, metr مضارع : خاقانی ✿ گیرم که مارچوبه کند تن چو شکل مار ✿ کو زهر بهر دشمن وکو مهره بهر دوست i. e. „*Sumo asparagum serpentis formam induere, ubi* (autem) *est venenum contra inimicos et lapis pretiosus pro amicis*"?, in quo کو i. q. کجا *ubi* significat;

5) که *utrum* initio interrogationis directae sequente یا s. ویا an in altera enuntiati interrogativi parte coll. § 288, 1. 8 et 295, 9.

6) کَی *quomodo*, e. g. خبر کی رسیدی بسلطان هوش *quomodo nuntius ad regem sapientem pervenire posset?* Pend. 273, 8 coll. ibid. 272, med.; 273, 6; Sp. Chr. 70, 4 et *quando*, e. g. چه داند که کی باز آید دگر *quomodo sciat, quando iterum reversurus sit?* Chr. Sch. 106, 327, qua significatione

Lumsdenio animadvertente (l. l. t. II, p. 119) particula کی etiam cum praepositione coniungi potest, ut e. g. dicatur تا بکی خواهی رفت et از کی خواهی رفت *quando ibis*? Pertinet ad stirpem interrogativam z. ka, s. किं, ad quam etiam کہ (کی) referendum est (§ 270);

7) هیچ pronomen indefinitum etiam est particula interrogando mere inserviens, d. q. plura v. supra § 271, 2;

8) یا s. وَیا *an* in altera enuntiati interrogativi parte coll. § 288, 1. 5 et 295, 9.

289. Porro adverbium interrogandi est ipsum pronomen interrog. چہ casu adverbiali positum : چہ s. چرا pro چہرا = pa. [illegible] (§ 263) aut cum praepositione coniunctum : از چہ, از بہر چہ et از برای چہ s. برای چہ significatione *quare, cur.* Legitur etiam کہ چہ i. q. برای چہ *quare* in hoc vs. a lex. Bh. auctore allato, metr. خفیف : هم تو کین ورز وکینه ✿ ظهوری دار کہ چہ ✿ هم تو غمخوار وغم کسار کہ چہ i. e. „*Simul tu vindictam exerces et infensus es, quare? simul tu aegritudinem perpeteris et moestus es, quare?*"

290. Denique adverbium interrog. est substantivum cum pron. interrog. coniunctum, e. g. چگونه pro چہ گونه *qua ratione, quomodo*; چہ سان idem; کجا pro کو جا = pa. [illegible] (§ 262) *quo loco, ubi* et *quomodo* (کجا بمعنی کی کہ کلمهٔ انکار است B.), e. g. کجا خود شکر این نعمت گذارم *quomodo ego gratias pro hoc beneficio* (Deo) *agam*? Gul. 84, 16 coll. Chr. Sch. 6, 74. 63, 486; Sp. Chr. 83, 17; inde از کجا *unde* Sp. Chr. 15, 6. 24, 19 et بکجا *quorsum.*

291. De particula negativa نَہ *non* et prohibitiva مَہ *ne*, quarum formae inseparabiles sunt نَ et مَ, iam supra § 157—165, ubi de verbis negativis agitur, pluribus disputatum est. — In compositis determinativis appositionalibus usitata est particula نا ex separabili نَ producta vocali *a* orta, e. g. ناپاك *impurus*; نادرست *non verus, falsus* (§ 279, A.),

quae tamen etiam in compositis quibusdam attributivis contra regulam praepositionis بی *sine* locum obtinere potest, d. q. plura v. § 280, d et interdum cum particula نَ inseparabili permutari solet, ut dicatur نسپاس pro ناسپاس *ingratus* Bh.; نستوه pro ناستوه *bellicosus*, *fortis* (در اصل معنی نستوه آنکه در کارها ستوه نگردد وملول وعاجز نشود SHL.); نفرین pro ناآفرین *dira imprecatio, maledictum* (دعای بد ولعنت schol. in Bost. 73, 5 et 16), unde بنفرین *maledictus*, *execratus* Fr. 28, 26, ubi opponitur بآفرین; نومید s. نُمید pro ناامید *spe orbatus*, *desperabundus* B. F. coll. Sp. Chr. 90, med.; نهمار pro ناهمار *innumerabilis, multus, magnus* B.; cf. etiam نبهره in lex. nostro. — Alia part. negativa est نی, quae tamen rarius pro نه usurpatur, e. g. ومن زان آگاه نی *ego hoc ignoro* Sp. Chr. 14, 9 coll. ibid. 108, 6 et H. Sam. 16, 6, ubi leg. یا نی pro falso بانی. Utraque particula نه et نی repetita: نه-نه s. نه-ونه et نی-نی s. نه-ونی respondet latino *neque-neque*. — Sensu negativo nomini praeponitur etiam ar. غیر, e. g. غیر ملفوظه *non pronuntiatus* Sp. Chr. 56, 18 coll. ibid. 64, 16. 110, 11.

292. Particulam prohibitivam مه separabilem et مِ inseparabilem imperativo prohibitivo praefigi solere supra (§ 157 sqq.) iam expositum est. Interdum est particula mere negativa ut نه et dicitur مه—مه pro نه—نه (ومه افادهٔ معدوم شدن ونابود گردیدن هم می کند مثل مه این مانند آن ومه آن یعنی نه این مانند ونه آن B.) collatis versibus Schahn. in lex. nostro s. v. مه allatis. Raro tamen مه in compositione pro نا usurpatur, ut in هیچ مدان = هیچ دان i. q. نادان *qui nihil scit*, *ignarus* Bh., ubi ad significationem negativam vocabuli هیچ magis efferendam additum videtur.

Not. Particulae negativae نه s. نی, pa. ‫נו‬, ‫נֵי‬ respondet phl. ‫נו‬ (לא), cuius tamen usus in hac dialecto angustior est, quum alpha privati-

vum negationi exprimendae maxime inserviat, quo etiam parsica dialectus saepe utitur. In lingua zendica part. neg. ︎ ︎(︎) = s. न non legitur nisi y. 43, 19 eiusque loco formae auctae nôiṭ et naêdha in usu sunt et in dialecto ap. illi respondet naiy. Particula prohibitiva ︎, pa. ︎ est z. et ap. mâ, s. मा, pro qua tamen in dialecto phl. אר respondens sem. אל usurpatur.

PRAEPOSITIONES.

293. Plurimae praepositiones origine sunt substantiva sive simplicia sive cum praepositione, a qua dependent, coniuncta, quae nominum instar genitivi nota *i* (§ 198 *sqq.*) cum sequenti vocabulo coniunguntur. Usitatissimae sunt: اندرون s. درون *intus, in,* d. q. v. § 287, d, 4 coll. اندر et در § 294, b; — بالای *supra;* — بجای (جای *locus* praef. ب) *loco, pro, erga;* — برای s. از برای *causa, propter* = pa. پراه s. ︎. est voc. رای *consilium* praef. ب, d. q. v. plura v. § 209 not. 1; — پس et sequente از, s. از پس s. در پس *post, pone* consentiens cum ap. pasâ, phl. פס referenda est ad z. paçca (paçkâṭ); — بنابر *propter, ob* ex ar. بنا *aedificium* et praep. pers. بر composita; — بهر s. از بهر *propter, pro;* — پهلوی *ad latus, coram, iuxta,* quacum conferatur phl. پاهروك in Justi Bund. gl. p. 96 et z. pereçu *latus;* پی s. از پی *post, pone,* orta e پای *pes* a z. pâdha = s. पाद; — پیرامون s. پیرامن *circum, circa,* q. v. supra § 287, d, 12; — بیرون s. برون s. بیرن et از بیرون s. در بیرون *extra,* q. v. supra § 287, d, 13; — پیش s. از پیش s. در پیش *ante, coram,* quacum consentit phl. פיש, pa. ︎ (︎, پدش) a z. para = ap. parâ, s. परा; — جهت (voc. ar. *latus, modus*) s. از جهت s. بجهت *propter, ratione;* — روی coll. phl. ︎ روت Bund. 36, 9 a z. raodha, s. रोह, proprie *facies* unde *modus,* s. از روی s. زروی *secundum, ex, pro;* —

زَبَر s. زَوَر *supra, super* (ar. فوق opp. زير s. پائين B.) respondet phl. אפר‎, pa. [illegible], ut composita sit e praep. از s. ز et بر = phl. אפר‎, pa. [illegible], z. upairi, ap. upariy, s. उपरि; — زى *versus, ad*, praep. in Schahn. saepius usitata sed sine genitivi nota *i* constructa (§ 202, 2); — زير s. بزير s. دَر زير *infra, sub* coll. از زيــر (*ex infra*) i. q. *ex* Sp. Chr. 93, 3, consentit cum phl. אניר pro אן איר et pa. [illegible], ut composita sit e praep. از, phl. אן et بر = phl. איר, pa. [illegible], quod e z. adhairi *infra, sub* ortum est; — سوى (*latus*) s. بَسوى *versus, apud, ad*; فَراز s. بَر فـراز Sp. Chr. 21, 1 *supra, super*, quacum consentit pa. [illegible] s. [illegible] s. [illegible]; — گِرد s. بَگِرد *circum, circa*; مَيان s. دَر ميان *in medio, inter* coll. z. maidhyāna (maidhya), phl. et pa. miyân *medium*; — نَزد s. نَزديک et بَنزد s. بَنزديک *proxime ad, coram, apud, ad* coll. z. nazda, phl. נזדיך et pa. [illegible].

294. Praepositionum, quae ut verae praepositiones tantummodo usurpantur, aliae duplici forma sunt usitatae, separata nimirum et affixa, aliae solae separatae reperiuntur.

a) Praepositiones separatae simulque praefixae duae sunt اَز *ex, de, ab* et بَه *in* et i. q. با *cum* et i. q. ar. الى et على *ad*, al. d. q. v. Synt. §§ 347. 348 et 349 sqq. Significatione *in* in poetico inprimis sermone sequi solet praepositio دَر s. اندر s. درون s. اندرون, sequente autem praepositione بر significat *supra*. De forma separabili ز et بِ v. supra §§ 75, 76, 77 et 81.

Not. Praep. از = ap. hacâ, phl. אן, pa. [illegible] s. [illegible] s. [illegible] orta est e z. haca = s. सचा; praepositionis autem به = pa. [illegible] s. [illegible] s. [illegible] origo repetenda est e praepositionis phl. פנן, پون forma parsica پِه, پ (Justi Bund. s. v. coll. Sp. Pg. p. 110), quae etiam in

praefixo verbi پ apparet (§ 124) et in adv. persico پگاه s. پگه *diluculo, mane*, quum compositum videatur e گاه *tempus matutinum* (i. q. صبح صادق B. i. q. صبح Bh.) et praefixo پ, ut proprie significet *primo diluculo* (زمان پیش از صبح Bh.). Cf. supra § 287, b. Eadem praepositionis به forma په in dial. Pushtu usitata est (Zeitschr. d. D. M. G. t. 21 p. 96).

b) Praepositiones separabili tantum forma usitatae sunt: اَنْدَر i. q. دَر *in*; با (اَبا, فا, وا) *cum*; بَر (اَبَر) *super*; بی (اَبی) *sine*; تا et sequente به i. q. ar. الی et حتّی *usque ad*; جُز s. بِجُز i. q. ar. غیر *praeter, praeterquam* et دَر s. اَنْدَر *in*. — De aliis praepositionibus فرا, فراز, فرو s. فرود et وا, quae etiam adverbialiter usurpantur, v. lex. nostrum s. v.

Not. Praepositionum formae a lit. ا supervacanea incipientes ابا, ابر et ابی sunt antiquiores in Schahn. maxime usitatae, quarum prima ابا s. با etiam فا et وا (§ 61, c) scripta respondet praepositioni pa. ꬰꬰꬰ instar adverbii quoque usurpatae (Sp. Pg. p. 110), cuius loco in dial. phl. praep. et adverbium רוחמן semiticae originis usitatum est (Sp. Hg. p. 139 et Justi Bund. s. v. روځمن); — secunda ابر s. بر est phl. אפר, pa. ꬰꬰꬰ, اور et in libris recentioribus ꬰꬰ e z. upairi, ap. upariy = s. उपरि orta; — tertia ابی s. بی est pa. ꬰꬰꬰ s. ꬰꬰ coll. phl. اپی *sine*, d. q. v. Justi Bund. 7, 19. 8, 2 al. coll. gl. s. v et derivanda a z. apa, ap. apa, phl. אפ = s. अप. — Praep. تا simul est coniunctio (§ 295, 3) respondens pa. ꬰꬰꬰ et ꬰꬰ. Eius origo fortasse repetenda est a pron. rel. ap. tya, quae plane ut rel. pers. که etiam particulae vice fungitur coll. ved. त्यद्, s. तावत्, pracr. ता. Spiegelius (eingesch. Stell. im Vend. p. 15). comparat phl. ות. — Praepositionem جز, cum praefixo بجز, contractam esse e جُدا از i. e. e جُد s. جُدا (§ 272, A, c) et praep. از probat respondens pa. ꬰꬰꬰ ꬰꬰ = phl. גויח מן s. گویت من, d. q. v. Justi Bund. in gl. s. v. — Denique praep. در s. اندر, quae est forma poetica, respondet phl. דר et pa. ꬰꬰ s. ꬰꬰꬰ et orta est e z. antare, ap. antar = s. अन्तर्.

CONIUNCTIONES.

295. Coniunctiones sive simplices sive compositae sunt :

1) أَگَر *si* = pa. ܗܢܓܝܪ, poet. گَر, quae tamen forma decurtata in dial. parsica non usitata est, unde وَگَر s. contr. وَر *et si* et گَرچه *quamvis, etsi* et اگر sequente نه *nisi*;

2) اِیرا et آزِیرا s. زِیرا praefixa praep. از s. ز *propterea, ideo,* de cuius origine v. supra § 257, 4, unde زِیراکه s. زیراك addito که s. ک *propterea quod, quia;*

3) تا praeter praepositionem (§ 294, b et not.) est a) coniunctio temporis *donec, dum, quamdiu; ex quo, simulac; priusquam, antequam;* b) coniunctio consilium et finem actionis indicans *ut,* germ. *damit,* gall. *afin que;* c) emphatice ponitur ante که et چه, d. q. plura v. in Synt.;

4) چون (چُن) s. decurt. چو, quod etiam est adverbium interrogandi (§ 288, 3), ut coniunctio significat a) *instar, sicut;* b) *quum, postquam, si, quando* et *quia,* unde چونکه *si* coll. Pend. 112, 10; همچون s. همچو *plane ut, sicut* et i. q. اینچنین *hunc in modum* Bh.;

5) کاج s. کاچ s. کاش vel cum کی s. ک pro که coniuncta کاجکی s. کاچکی s. کاشکه s. کاشکی *utinam.* Aliam formam کاشی که affert lex. B. auctor, d. q. v. lex. nostrum;

6) مَگَر i. e. گر praefixa part. neg. م a) *nisi, praeterquam;* b) *forte, fortasse* et i. q. *utinam;*

7) نیز *etiam, item* consentit cum phl. נִיז;

8) و *et.* Copula in arabica lingua semper وَ pronuntiatur eaque pronuntiandi ratio in sermone pedestri Persarum aeque usitata est, rarius in sermone poetico adhibetur, in quo copula و omnino non pronuntiari solet, si praecedit lit. و vocali Pêsch praedita (وچون ما قبل این واو مضموم بود جز ضمهء ما قبل

ازان مفهوم نگردد وداخل واوات غیر ملفوظ شمرده اند واین در شعر فارسی بسیار است ودر نثر کمتر است وگاهی در شعر بتلفظ در آرند وفتح دهند واین در نثر بسیار است ودر شعر کم اما در عربی همه جا مفتوح وملفوظ میباشد چنانکه فردوسی گوید ✿ ودیگر که گیتی ندارد درنگ ✿ سرائی سپنجی چه پهن وچه تنگ ✿ ودر فرهنگ گفته که این واو ملفوظ در نظم کلامرا از فصاحت ساقط سازد ودر نثر نه Splieth l. l. p. 19 fin. et 20). Praeterea copula و pronuntiatur وُ in comp. copulativis ipsa lit. و interdum etiam omissa (§ 275, 5), quod probat lexici B. auctor exemplo رفت آمد vel نشست وبر خست vel گفت آمد et alio : بزرگ وکوچک جمع شدند وسند وقباله نوشتند وباغ وخانرا خریدند. Ante یا copula و abundat (§ 295, 9).

Not. In dial. ap. sola usitata est copula câ postposita, cui respondet phl. ǰ, pa. 𐬗𐬀 (ج, چه) = z. ca et s. च; sed in dial. phl. et pa. alia etiam exstat forma phl. ו, pa. ›, quae tamen ut pers. و voci, ad quam pertinet, semper praeponitur et interdum etiam, ut in persica lingua omittitur (Sp. Hg. § 174 et Pg. § 108). Ceterum copula persica و non e lingua arabica desumta est sed orta e z. uta *et, etiam*, ap. utâ = s. उत.

9) یا s. ویا addita copula و abundante, *aut*, *vel*, *sive* et in altera enuntiati interrogativi parte *an*, d. q. v. § 288, 1. 5. 8; repet. یا-یا s. یا-ویا *aut-aut*; *sive-sive*. — Sine dubio coniunctio یا, cui respondet z. 𐬬𐬁 vâ, s. वा, ap. vâ, decurtata est e syn. parsica 𐬀𐬌𐬀𐬎 s. ایاو vel ایای (Sp. Pg. p. 112), ad phl. איוף (ایوف) referenda, quae e z. 𐬀𐬚𐬀 𐬬𐬁 atha vâ orta videtur.

296. Plurimae autem linguae persicae coniunctiones ad alias orationis partes referri possunt et sunt :

a) Pron. rel. که significationibus : *ut; quia*, *propterea quod*; *nam* et post comparativum *quam;* Porro ut gr. ὅτι

cogitata et dicta in oratione directa introducit; denique emphatice aut pleonastice ponitur a) in apprecatione bona vel mala et in iuramento, ubi verbum, a quo id pendet, saepissime supplendum est, b) post interiectiones, c) post particulas interrogandi et in simplici interrogatione indirecta ante pron. interrog. et d) ad vim significationis particulae تا augendam, cui postponi et praemitti potest, d. q. v. Synt.;

b) Pron. rel. چه significatione *quia*, *quod* et in exclamatione i. q. *quam* coll. Fr. 18, 11, et bis positum چه-چه s. چه-وچه aut interdum چه-یا Chr. Sch. 47, 250, ubi falso با pro یا, significatione *quum-tum*; *et-et*; *sive-sive*;

c) Praepositiones cum nomine aut pronomine dem. coniunctae, quas sequitur coniunctio كه vel چه, e. g. از آنجهت كه s. بحكم آنكه s. از بهر آنكه s. از براى آنكه s. ازين جهت كه s. از آن; *propterea quod; quia; nam*; زانكه s. بدانكه s. بحكم كه پس كه *ex quo*; با آنكه *quamvis*;

d) Adverbia cum coniunctionibus كه vel چه coniuncta, e. g. پس آنگاه كه *postquam*; پيش از آنكه *priusquam*, *antequam*; چنان كه vel همچنان كه, rar. چنان چه vel همچنان چه *sicuti*, *ita ut*; چندانكه rar. چندانچه *quotiescunque*, *quamquam*, *etsi*, *simulac*; هرجا كه *ubicunque*; هرچند كه et sine كه *quotiescunque*, *quamvis*, *licet*; همانا كه *quasi*, *ita est ac si*;

e) Ipsa adverbia semel vel bis posita, e. g. چند i. q. هرچند كه B., q. v. sub d; هم *etiam*, repet. هم-وهم *tam-quam*; زمانى *interdum*, repet. زمانى-زمانى *modo-modo*.

INTERIECTIONES.

297. Interiectiones persicae maximam partem sunt primitivae et e lexicis petendae. Usitatissimae sunt:

1) آوه s. آه s. اه *ah*, *eheu*; proprie est nom. subst. significans *suspirium* et construitur etiam ut nom. substantivum;

2) اى *ah, eheu* etiam est particula vocativa *oh* (§ 211) respondens ar. أى, sed pronuntianda اى *ê* (بياى مجهول = hind. هى Bh.), quacum Spieg. (Pg. § 109) comparat pa. ء, quam tamen loco dubio Mkh. reperiri dicit, et Justi z. سد âi = s. ऐ. Inde interiectio composita اى واى s. اى وا *ah, vae, eheu;*

3) آيا *ah, eheu* B. et est alia forma particulae vocativae اى *oh* in Schahn. saepius usitata;

4) پخ s. په et repet. پخ پخ s. په په interiectio laudantis et approbantis *euge* (i. q. خوشا s. آفرين, ar. بارك الله s. مرحبا B.). Ex ar. بخ, rep. بخ بخ, in linguam persicam translata interiectio. Synonymae sunt چنانهن s. چناهن, خه s. خهى pro خه اى, repet. خه خه s. خهى خهى, et زه s. زهى s. زهازه interposita vocali ا ـ;

5) واه s. وه et repet. واه واه s. وه وه interiectio admirantis *euge, papae, heu;*

6) واى s. وا s. وى *vae, heu;*

7) هان et repet. هان وهان *cave* et i. q. *festina, cito;*

8) هو s. هوى proprie *suspirium* (آه ونفس B.) est vox momentis aut annuntiantis alteri aliquid *vae, cave* (كلمه ايست كه از براى آگاهانيدن وخبردار كردن گويند B.);

9) هى particula monentis *cave* et interdum laudantis *euge* B. et dolentis *ah, vae* Bh.;

10) هين particula excitandi i. q. *attende, promtus esto, festina.*

298. Praeterea interiectiones exprimuntur substantivis adverbialiter positis aut addita vocativi nota ا ـ, e. g. افسوس vel دريغ s. دريغا vel دردا *proh dolor, vae;* خوشا *o pulcrum;*

بدا *o turpe* al., d. q. v. §§ 212 et 213 coll. 272, B., 1, b; et aliis orationis partibus e. g. pronomine dem. اين cum pron. suffixo 2 ps. sing. i. e. اينَت s. اينت i. q. *euge* B. Gl. Sch. et cum suff. deminutive ـک i. e. اينَکی *ecce.*

299. De arabicis interiectionibus, quibus Persae etiam saepissime utuntur, v. Silv. de Sacy gram. ar. t. I, p. 574 sqq. coll. p. 506 sqq.

INDEX

VERBORUM ANOMALORUM ALPHABETICO ORDINE DIGESTUS.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 10 l. 1 lege : گزاشتن. — Pag. 27 l. 13, 14 lege : dughdhar. — Pag. 33 l. 5 infra lege : takhmaçpâdha. — Pag. 35 l. 11 lege : सत्य. — Pag. 44 l. 10 post *sk* adde : , *çk*. — Pag. 49 l. 21 lege : بیل. — Pag. 82 l. ult. lege : *abeant*. — Pag. 156 l. 7 infra lege : پیر زن. — Pag. 163 l. 14 infra pro in edit. lege : in dial. — Pag. 165 l. 5 pro ددد lege : [illegible] ibid. l. 9 pro [illegible] lege : [illegible]. — Pag. 175 l. 6 infra lege : Particulam. — Pag. 181 l. 19 lege : vera. — Pag. 197 l. 12 lege : Post ه occultum. — Pag. 212 l. 6 lege : هیچکاره. — Pag. 256 l. 19 lege : formantur, et.

Compendiis scribendi p. XVI adde :

Sp. Chr. *i. e.* chrestomathia pers. ed. et gloss. explanavit F. Spiegel, Lips. 1846.

Gissae, typis W. Keller.

